

ES
ON

70

B
13
17





90 Rom



EX BIBLIOTHECA H.W.OCHS,
AB OCHSENSTEIN.

Nicolai. Sc.

22

3
PRECATIO-

NES BIBLIAE SAN-

ctorum Patrum, Patriarcharum,
Prophetarum, Iudicum, Regum,
Virorum, & Mulierum illustrium

Veteris noui testamenti.

QUAE his accedere, sequens
Pagina commo-
strabit.

fides securis anchora feruens
Est et erit mea sancta FIDES
o Christe Jesu
Quod me saluatum morte
trahte scio.
Hic vivo tibi, mortuorum tibi: mortu-
orum tuis gaudium
Dormio: coelesti, dic mihi, sura-
ca, Res.



INDEX EORVM

quæ precationibus Biblicis

accesserunt.

Aliquot piæ oratiunculae prophetarum Esaia, Hieremia, Eccles. Ezechielis, & Michea.

Psalmi quidam Davidis contra tyrannos, hæreticos: pro Magistratu, & pace publica orandi.

Symboli Aposto. dilucida explicatio.

Precatio Dominica in septem digesta partes, per **Eras. Rot.** Adiectis nunc primum rerum insignium simulachris, cum ad uenustatem, tum ad docendos simplicium animos, singulari artificio expressis.

Breuis quædam interpretatio orationis Dominicae.

Ad Deum patrem Oratio.

Decem præcepta Domini, & à quibus peccetur in ea, & rursus à quibus satisfiat illis. 15

AB 67 $\frac{13}{917}$



**TABVLA LITERARVM
DOMINICALIVM.**

b	g	f	e	d	b	A	g	f	d	c	b	A	f	
A				c				e						
e	d	c	A		g	f	e	c	b	A	g	e	d	c
	b					d					f			

In tabula hac literā Dominicalē sic inuenies : primas literas quæ sunt b tribue anno 1536. sequentē, quæ est g tribue anno 1537. Sicque deinceps progredere quousque peruenias ad literā super quā cadit numerus illius anni: quæ erit litera dominicalis. Quæ si vnica sit, annus cōmunis erit: si duplex, bis sextilis. Et tūc prior, id est, superior vsq; ad 24. Feb. deseruiet. Inferior autem ad reliquam anni partē ad cōmodabitur. Sciendū autē quod finitis 28 annis redeundū est ad principium cum annis tunc currentibus.

AUREVS NUMERVS.

XVII. XVIII. XIX. I. II. III. IIII. V. VI. VII.
VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIIIII. XV. XVI.

Simili modo vt dictū est de litera dominicali, deprehēdes etiā Aureū numerū in suprascripta numerorū serie. Nam primū numerū, qui est xvii. tribue anno 1536. Sequentē qui est xviii. tribue anno 1537. & sic deinceps donec ad annū tuū peruenias. & finitis 19. annis regredere iterū ad principium.





Januarius habet dies XXXI.

Luna vero habet XXX

3	A	Calendæ Circuncisio Domini.	1
	B	4 Octaua sancti Stephani.	2
II	C	3 Octaua sancti Ioannis.	3
	D	Pridie. Octaua sanctorū Innoc.	4
19	E	Nonæ. Simeonis confessoris	5
8	F	8 Epiphania Domini	6
	G	7 Iuliani martyris	7
16	A	6 Rigoberti Episcopi	8
5	B	5 Martianæ virginis	9
	C	4 Pauli pri. ere. Sol in aqua.	10
13	D	3 Iginii martyris	11
2	E	Pridie. Satyri martyris	12
	F	Idus Octaua Epiphaniæ	13
10	G	19 Cal. Feb. Felicis pres.	14
	A	18 Mauri abbatis	15

18	B	17	Marcelli Papæ & mar.	16
7	C	16	Antonii Abbatis	17
	D	15	Prisce virginis & marty.	18
15	E	14	Marii cum so. marty.	19
4	F	13	Fabiani & Sebastiani	20
	G	12	Agnētis virginis	21
12	A	11	Vincentii martyris	22
I	B	10	Emerentianæ virginis	23
	C	9	Timothei discip. Pauli	24
9	D	8	Conuersio Pauli	25
	E	7	Polycarpi martyris	26
17	F	6	Iuliani Episcopi	27
6	G	5	Agnētis secundò	28
	A	4	Valerii episcopi	29
14	B	3	Batildis reginæ	30
3	C		Pridie. Cyrici, & Ioan. mar.	31

Circuncisio Magos mittit
Ad Christi cunabula:

Anto nio Agnes subit,

Paulus fidem suscipit.

a 3

Ligna cremo.



Februa. habet dies XXVIII.

Luna verò XXIX.

Cum autem *Bissexus* fuerit.
habet dies XXIX.

Luna verò XXX.

	D	Calendæ.	Ignatii martyris	I
II	E	4	<i>Purificatio beatæ mariæ.</i>	2
19	F	3	Blasii episc. & martyr.	3
8	G	<i>Pridie.</i>	Gilberti confessoris	4
	A	<i>Nonæ.</i>	Agathæ virgi. & marty.	5
16	B	8	Dorotheæ virginis	6
5	C	7	Moyseti episcopi	7
	D	6	Salomonis martyris	8
13	E	5	Apolloniæ. <i>Sol in pisc.</i>	9
2	F	4	Scholasticæ virginis	10
	G	3	Soteris Papæ	11
10	A	<i>Pridie.</i>	Eulaliæ virg. & marty.	12

	B	Idus. Fusca virg. & mar.	13
18	C	16 Cal. Mar. Valen. mar.	14
7	D	15 Faustini episcopi	15
	E	14 Iulianæ virginis	16
15	F	13 Constantiæ virginis	17
4	G	12 Simeonis mar. episc. Hier.	18
	A	11 Sabini presbyteri	19
12	B	10 Galli presby. & confes.	20
1	C	9 LXXIX. Martyrum	21
	D	8 Cathedra sancti Petri	22
9	E	7 Vigilia.	23
	F	6 Mathiæ apost. Loc. bissef.	24
17	G	5 Alexandrini episcopi	25
6	A	4 Victoris & so. mar.	26
	B	3 Leandri episcopi	27
14	C	Pridie. Romani abbatis.	28

Sepur gat nunc Agatha,
Nũc nudus prodibit Valēs,
*Qui ver nuntiabit **Pet** ro,*
***Mat** hie sortem.*

a 4

1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12



II.

De vite superflua demo.



Martius habet dies XXXI.

Luna verò XXX.

3	D	Calendæ. Albini episc.& confes.	I
	E	6 Nicetii episcopi	2
II	F	5 Maximi martyris	3
	G	4 Adriani martyris	4
19	A	3 Focæ martyris	5
8	B	Pridie. Victoris martyris	6
	C	Nonæ. Thomæ Aquin.confes.	7
16	D	8 Apollonii martyris	8
5	E	7 Quadraginta martyr.	9
	F	6 Vgi archiepiscopi	10
13	G	5 Sol.40.Mar. Sol in arie.	11
2	A	4 Gregorii Papæ	12
	B	3 Euphrasiæ virginis	13
10	C	Pridie. Zachariæ Papæ	14
	D	Idus. Gabrielis archangeli	15

18	E	Cal. Apri.	Ioseph confess.	16
7	F	16	Sancti Ioachin	17
	G	15	Anselmi episcopi	18
15	A	14	Patricii episcopi	19
4	B	13	Guberti confessoris	20
	C	12	Benedicti abbatis	21
12	D	11	Pauli episcopi Narbo.	22
2	E	10	Pigmeni episc. & mar.	23
	F	9	Theodori presbyteri	24
9	G	8	Annuntiatio mariae	25
	A	7	Castorii martyris	26
17	B	6	Ruperti episcopi	27
6	C	5	Grondani	28
	D	4	Quintini martyris	29
14	E	3	Secundi martyris	30
3	F		Pridie. Sabinae virginis	31

*Martius Adriano narrat
Atque Gregorio,
Quod Gertrudis & Bene-
dictus*

Annuntiant virgini.

a s

Do germen gratum.



Aprilis habet dies XXX.

Luna verò XXIX.

	C	Calen.	Theodoræ virg. & mart.	I
II	A	4	Mariæ Aegyptiacæ	2
	B	3	Pancratii martyris	3
19	C	Pridie.	Ambrosii episcopi	4
8	D	Nonæ.	Vincentii confessoris	5
16	E	8	Cælestini Papæ	6
5	F	7	Alexandri martyris	7
	G	6	Dionysii episcopi	8
13	A	5	Prochori martyris	9
2	B	4	Apollonii presbyteri	10
	C	3	Leonis Papæ Sol in tau.	11
10	D	Pridie.	Zeni episc. Veronen.	12
	E	Idus.	Eufemiæ virginis	13
18	F	18	Cal. Maii. Tybur. marty.	14
7	G	17	Helenæ	15

	A	16	Isidori martyris	16
15	B	15	Aniceti Papæ	17
4	C	14	Præfecti pref. & marty.	18
	D	13	Crescentii	19
12	E	12	Sulpitii & Seruiliæ	20
I	F	11	Simeonis episcopi	21
	G	10	Soteris Papæ	22
9	A	9	Georgii martyris	23
	B	8	Gregorii episcopi	24
17	C	7	Marci euangelistæ	25
6	D	6	Marcellini martyris	26
	E	5	Anastasi Papæ	27
14	F	4	Vitalis martyris	28
3	G	3	Petri martyris	29
	A		Pridie. Eutropii Epif. & mar.	30

*Aprilis Ambrosio gaudet,
 Cui martyr Tiburtius
 Prædicit mox futuram
Marci stationem.*

I
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15

Mihi flos seruit.



Maius habet dies XXXI.

Luna verò XXX.

II	B	Calendæ. Philip. & Iac. apost.	1
	C	6 Sigismundi regis	2
19	D	5 Inuentio sanctæ Crucis	3
8	E	4 Floriani martyris	4
	F	3 Gotardi	5
16	G	Pridie. Ioan. ante portam Lati.	6
5	A	Nonæ. Cleti Papæ & mar.	7
	B	8 Apparitio sancti Michael.	8
13	C	7 Translatio sancti Nicolai	9
2	D	6 Gordiani & Epim.	10
	E	5 Mamerti & Maioli	11
10	F	4 Nerei & Achilei	12
	G	3 Sol in geminis	13
18	A	Pridie Bonifacii Papæ	14
7	B	Idus. Isidori martyris	15

	C	17	Cal. Iunii. Hono. epif.	16
15	D	16	Torpetæ martyris	17
4	E	15	Felicis episcopi	18
	F	14	Potentianæ virginis	19
12	G	23	Bernardini confessoris	20
I	A	12	Valentis episcopi	21
	B	11	Helenaë reginaë	22
9	C	10	Desiderii epif. & mar.	23
	D	9	Donatiani & Roga.	24
17	E	8	Vrbani Papæ & mar.	25
6	F	7	Eleutherii martyris	26
	G	6	Ioannis Papæ & mar.	27
14	A	5	Germani episco. Paris.	28
3	B	4	Maximi episcopi	29
	C	3	Felicis Papæ & mar.	30
11	D		Pridie. Petronillaë virginis.	31

Iacobus Crucem inuenit,
Obtruncatur Pancratius,
Iucundum Ver iam præte-
riit,
Vrbano redit Aestas.

I
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15

Mihi pratum.



Iunius habet dies XXX.

Luna verò XXIX.

	E	Calendæ.	Iustini presbyteri	I
19	F	4	Marcel. & Petri mart.	2
8	G	3	Pergentini martyris	3
16	A	Pridie.	Quirini epif. & mar.	4
5	B	Nonæ.	Bonifacii epif. & mar.	5
	C	8	Claudii epif. & confes.	6
13	D	7	Pauli epif. Constantinop.	7
	E	6	Medardi & Gild. confes.	8
	F	5	Primi & felicia. mar.	9
10	G	4	Landerici episcopi	10
	A	3	Barnabæ apostoli	11
18	B	Pridie.	Basilii. Cyri. Nab.	12
7	C	Idus.	Antonii confes. pat.	13
	D	18	Cal. Iulii. Sol in cancro.	14
15	E	17	Viti & modesti	15

4	F	16	Cirici & Iulitæ mar.	16
	G	15	Auiti abbatis	17
12	A	14	Marci & Marcel.	18
I	B	13	Geruasii & Protasii	19
	C	12	Syluerii Papæ & mar.	20
9	D	11	Ianuariæ virginis	21
	E	10	Paulini epif. & confes.	22
17	F	9	Vigilia.	23
6	G	8	Natiuitas Ioan. Bapt.	24
	A	7	Amandi episcopi	25
14	B	6	Ioannis & Pauli mar.	26
3	C	5	Crescentii episcopi	27
	D	4	Leonis Papæ. Vigilia.	28
II	E	3	Petri & Pauli apost.	29
	F		Pridic. Comme. sancti Pauli	30

Nicomedes Bonifacio,
 Fænum reportat:
 Vitis Segetem mox promit-
 tit

Baptista atque **Petro.**

I
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15

Spicas declino.



Iulius habet dies XXXI.

Luna verò XXX.

19	G	Calendæ.	Octa. S. Ioan. Bapti.	I
8	A	6	Visitatio beatæ Mariæ	2
	B	5	Gregorii episc. & Mar.	3
16	C	4	Transla. sancti Martini	4
5	D	3	Domitii martiris	5
	E		Pridie. Octaua Petri & Pauli	6
13	F		Nonæ. Transla. Thomæ episco.	7
2	G	8	Procopii martyris	8
	A	7	Zenonis martyris	9
10	B	6	Dies caniculares	10
	C	5	Pii Papæ & martyris	11
18	D	4	Naboris & Felicis	12
7	E	3	Anacleti Papæ & marty.	13
	F		Pridie. i Herac. episc. Sol in leo.	14
15	G		Idus. Quiriti & Iulitæ	15

4	A	17	Cal. Aug. Eustachii	16
	B	16	Alexii confessoris	17
12	C	15	Arnulphi episcopi	18
1	D	14		19
	E	15	Margaretæ virginis	20
9	F	12	Victoris martyris	21
	G	11	Mariæ Magdalenaë	22
17	A	10	Apollinaris episcopi	23
6	B	9	Christianæ virginis. Vigil.	24
	C	8	Iaco. apo. Christo. mar.	25
14	D	7	Annæ matris Mariæ	26
3	E	6	Septem dormientium	27
	F	5	Nazarii & Celsi	28
11	G	4	Marthæ virginis	29
19	A	3	Abdon & Senen	30
	B		Pridic. Faustini confessoris	31

Iam **Maria** affert messem:
 Cyrillus metet,
 Vt Cererem in horrea
Magdala Iacobusq; repor-
 tent.

b



I.

I
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15

Spicas declino.



Augustus habet dies XXXI.

Luna verò XXX.

8	C	Calendæ. Ad vincula S. Petri	I
16	D 4	Stephani Papæ	2
	E 3	Inuentio sancti Stephani	3
5	F	Pridie. Iustini presbyteri	4
13	G	Nonæ, Mariæ ad niues.	5
2	A 8	Transfiguratio Domini	6
	B 6	Donati episcopi	7
10	C 6	Cyriaci & sociorum eius	8
	D 5	Romani mar. Vigilia	9
18	E 4	Laurentii martyris	10
7	F 3	Tiburtii & Susannæ	11
	G	Pridie. Claræ virginis	12
15	A	Idus. Hyppoly. & sociorum eius	13
4	B 19	Cal. sep. Vigil. Sol in vir.	14
	C 18	Assumptio Mariæ virg.	15

12	D	17	Rochi confessoris	16
I	E	16	Octaua sancti Laurentii	17
	F	15	Agapiti martyris	18
9	G	14	Magni episcopi	19
	A	13	Bernardi abbatis	20
17	B	12	Anastasio martyris	21
6	C	11	Timoth. & Simph.	22
	D	10	Timo. & Apol. Vigil.	23
14	E	9	Bartholomæi apostoli	24
3	F	8	Ludouici regis	25
	G	7	Zepherini Papæ	26
11	A	6	Geor. & Aure. mar.	27
19	B	5	Augustini episcopi	28
	C	4	Decol. Ioan. baptistæ	29
8	D	3	Felicis & Adau.	30
	E		Pridie. Felicis confesso.	31

*Petrus catenis stringitur,
Dum **Laurentius** et **Ma-**
ria
Ad celos vocant
Cum **Bartholomæo** **Ioannē.***

b 2

I.
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15

I.

Sermen humi iacto



September habet dies XXX.

Luna verò XXIX.

16	F	<i>Calendæ.</i>	Egidii abbatis	I
5	G	4	Antonini martyris	2
	<i>A</i>	3	Lupi episcopi	3
13	B	<i>Pridie.</i>	Moyfi confessoris	4
2	C	<i>Nonæ.</i>	Victorini martyris	5
	D	8	Zachariæ prophetæ	6
10	E	7	Clodoaldi confessoris	7
	F	6	<i>Natiuitas Mariæ virginis</i>	8
18	G	5	Gorgonii martyris	9
7	<i>A</i>	4	Nicolai Tolentini	10
	B	3	Proti & Hyacin.	11
15	C	<i>Pridie.</i>	Syri & Inuentii Epif.	12
4	D	<i>Idus</i>	Philippi episcopi	13
	E	18	<i>Cal.oc.Exal.f.cru.Sol in li.</i>	14
12	F	17	Nicomedis martyris	15

I	G	16	Eufemiæ martyris	16
	A	15	Lamberti epif. & mar.	17
9	B	14	Victoris & Coro.	18
	C	13	Ianuari epif. & mar.	19
17	D	12	Eustachii mar. <i>Vigil.</i>	20
6	E	11	<i>Matthæi apostoli</i>	21
	F	10	Mauricii cum sociis	22
14	G	9	Teclæ virginis	23
3	A	8	Ando. Tit. & Fe. mar.	24
	B	7	Cleophæ de 72.	25
11	C	6	Cypriani & Iusti.	26
19	D	5	Cosmæ & Damiani.	27
	E	4	Exuperii epif. & conf.	28
8	F	3	<i>Michaelis archangeli</i>	29
	G		<i>Pridic.</i> Hieronymi doct.	30

Egidi letus gaude,
Maria nata est.
Crucem exaltant cuncti,
Matthæo volat obuius Mi-
chael.

b 3

Y.
 I
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15



Vina propino.



October habet dies XXXI.

Luna verò XXX.

16	A	Calendæ.	Remigii episc. & conf.	I
5	B	6	Leodegarii episcopi	2
13	C	5	Candidi martyris	3
2	D	4	Francisci confessoris	4
	E	3	Placidi cum so. marty.	5
10	F	Pridie.	Fidis virgi. & mar.	6
	G	Nonæ.	Iustinæ virginis	7
18	A	8	Sacra sancti Marci	8
7	B	7	Dionisii & soc. eius	9
	C	6	Gereonis & soc.	10
15	D	5	Firmini episcopi	11
4	E	4	Eustachii presbyteri	12
	F	3	Geraldi confessoris	13
12	G	Pridie.	Sol. in scorpione	14
I	A	Idus.		15

	B	17	Cal.No. Luciani & soc.	16
9	C	16	Cerbonii episcopi	17
	D	15	Lucæ euangelistæ.	18
17	E	14	Sauiniani & Poten.	19
6	F	13	Caprasii marty.	20
	G	12	Vrsulæ cum sodal.	21
14	A	11	Meloni episcopi	22
3	B	10	Theodori presbyteri	23
	C	9	Maglorii episcopi	24
11	D	8	Crispi, & Crispini	25
19	E	7	Euaristi Pa. & marty.	26
	F	6	Geltru. virg. Vigilia	27
8	G	5	Simonis & Iudæ apo.	28
	A	4	Zenobii presbyteri	29
16	B	3	Bernardi episcopi	30
5	G		Pridie. Quintini mar. Vigil.	31

Remigi Franciscum mone
Prouideat duræ hyemi.

Lucas iam pluit, **Seuerinus**
flat,

Simon gelat.

b 4

I.

I
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15

Mihi pasco fues.



Nouember habet dies XXX.

Luna vero XXIX.

	D	Calendæ.	Festum omnium Sanct.	I
13	E	4	Commemo. defunct.	2
2	F	3	Marcelli episcopi	3
	G	Pridie.	Vital. & Agri. mar.	4
10	A	Nonę.	Zacha. patris Ioan. Bapt.	5
	B	8	Leonardi confessoris	6
18	C	7	Herculani episcopi	7
7	D	6	Quatuor corona.	8
	E	5	Maturini confessoris	9
15	F	4	Martini & Vera	10
4	G	3	Martini episcopi	11
	A	Pridie.	Martini Pap. & mar.	12
12	B	Idus.	Britii epif. Sol. in Sagit.	13
I	C	18	Cal. Dec. Io. epif. & conf.	14
	D	17	Eugenii martyris	15

9	E	16	Eucharrii episcopi	16
	F	15	Aniani episcopi	17
17	G	14	Dedica. Petri & Pauli	18
6	A	13	Helizabet reg. virg.	19
	B	12	Edmun. reg. & mag.	20
14	C	11	Præsentatio virginis	21
3	D	10	Cæciliæ virginis	22
	E	9	Clementis Papæ	23
11	F	8	Grifogoni martyris	24
19	G	7	Catherinæ virginis	25
	A	6	Genoue. de mirac.	26
8	B	5	Agricolæ & Vi. mar.	27
	C	4	Prosperi episcopi	28
16	D	3	Saturnini mar. Vigil.	29
5	E		Pridic. Andrææ Apostoli.	30

*Omnes sancti exultate,
Adest **Mar**tinus musto
madidus,
Elizabeth profert
Catharæ amphor. **An.***

b s



Mihi mactō.



December habet dies XXXI.

Luna verò XXX.

	F		<i>Calendæ.</i> Eligii episco. & conf.	I
13	G	4	Valeriæ virg. & mar.	2
2	A	3	Cassiani martyris	3
10	B		<i>Pridie.</i> Barbaræ virginis	4
	C		<i>Nonæ.</i> Sabæ abbatis	5
18	D	8	Nicolai episc. & confes.	6
7	E	7	Faræ virginis	7
	F	6	<i>Conceptio Mariæ virg.</i>	8
15	G	5	Prouili episcopi	9
4	A	4	Nicasii cum soc. marty.	10
	B	3	Damasi Pa. & conf.	11
12	C		<i>Pridie.</i> Vale. ab. <i>Sol in ca.</i>	12
1	D		<i>Idus.</i> Luciæ virg. & mar.	13
	E	19	<i>Cal. Ian.</i> Nicasii episc. m.	14
9	F	18	Valeriani episcopi	15

	G	17	Melerii episcopi	16
17	A	16	Lazari resuscitati	17
6	B	15	Antonillæ virginis	18
	C	14	Clementis Pa. & conf.	19
14	D	13	Domitiani. Vigilia	20
3	E	12	Thomæ apostoli	21
	F	11	Theodosiæ virginis	22
11	G	10	Seruuli confessoris	23
19	A	9	Vigilia.	24
	B	8	Natiuitas Domini	25
8	C	7	Stephani protom.	26
	D	6	Ioan. aposto. & Euangel.	27
16	E	5	Sanctorum Innocen.	28
5	F	4	Thomæ episco. & mar.	29
	G	3	Sabini epif. & mar.	30
13	A		Pridie. Siluestri Papæ	31

Iam uellit Barbã Niclas,
Concipit uirgo, Lucia ocu-
 los cecat,
Thomas credit,
Nascitur mundo Deus.

1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15

*DE ANNO ET
partibus eius.*

Annus mensis habet duodecim,
Hebdomadas duas & quinquaginta,
& diem vnum. Dies verò trecentos
sexagintaquinque, & sex horas.

*Ex quot diebus constet unus-
quisque mensis.*

Triginta Aprilis, Iuni, Septémque,
Nouémque.

Vno plus alii, viginti Februus octo:
At si bissextus fuerit, superadditur
vnus.

Et tunc bissexto Martii conscribere
Calendas.

*De numero Nonarum ac
Iduum singulorum mensium.*

Sex Nonas Maius, October, Iulius
& Mars: Septimús sic Nonas: Decimús
quintús dabit Idus.

Quatuor at reliqui, dabit Idus qui-
libet octo. Hic quintús Nonas: Decimús
dat tertius Idus. Et no

Et notandum, primo quoque die
mensis dicendum Calendis, quinto
Nonis. XIII. Idibus, vbi Nonæ qua-
tuor: vbi verò sex, VII. Nonis, XV.
Idibus in casu sexto. Reliquis autem
diebus, pridie, tertio, quarto Calen-
das, aut Nonas, aut Idus in casu quar-
to, retrorsum numerando vsque ad
eum diem, quo aut Calendis, aut No-
nis, aut Idibus dicimus, quemadmo-
dum in singulis Mensibus hoc Ca-
lendario excusis videre licet.

*De Aequinoctijs Anni
& Solstitijs.*

Lampert, Gregori, nox est æquata
diei,

Vitus, Lucia, sunt duo Solstitia.

*De quatuor Anni
temporibus.*

Dat Clemens hyemem, dat Petrus
Ver cathedratus.

Aestuar

Aestuat Vrbanus , autumnat Sym-
phorianus.

*Ieiunia quatuor tempo-
rum Anni.*

Post Crux, post Cineres, post Spiri-
tus atque Luciae,
Sit tibi in Angaria quarta sequens
feria.

*Qualitates quatuor par-
tium Anni.*

Aestas sicca calens, Autumnus sic-
cus & algens.

Friget & humet Hyems, calidum
Ver sitit humensque.

Duodecim signa Zodiaci.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer,
Leo, Virgo,
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Ca-
per, Amphora, Pisces.

Leuis

LEVIT. XXVI.

Si in præceptis meis ambulaueritis, et mandata mea custodieritis, et feceritis ea, dabo vobis pluias temporibus suis, et terra gignet germen suum, et pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiã, et vindemia occupabit sementem, et comedetis panem vestrum in saturitate, et absque pauore habitabitis in terra vestra. et c.

Si in preceptis meis ambulaveritis,
 et mandata mea custodieritis,
 et feceritis ea, dabo
 vobis pluviam temporis
 sui, et terra dabitur fructus
 suus, et pomis arborum re-
 plentur. Appropinquabit
 vobis tritica candidior,
 et vindemia occupabit se-
 ptimum, et comedetis pa-
 nem vestrum in saturitate.
 Et absque pavore habitati-
 uris in terra vestra.



F I D E L I B V S O M-
N I B V S I N C H R I-
S T O I E S V.

X.

QVando tam multis hodie ma-
lis obnoxij sumus, & ea inci-
piunt apparere tempora: de qui-
bus prædixerunt Christus & Apo-
stoli, quòd erunt periculosa, & af-
flictio tanta, qualis ab initio mun-
di non fuit usque ad tempus hoc:
non videbam quomodo aliter oc-
curremus vindictæ iræ Dei, quàm
si indefinenter, & sedulo oremus.
Quid enim non impetrat sedula,
humilis, & importuna oratio? præ-
sertim quando ipsemet ita iussit
orare Christus: exténtq; Sanctorũ
exēpla, & typi aliquot, qui in eo-
dem luto aliquando hæretes & in
eodem, quod dicitur, λειψυδίω, nõ
alia via liberati sunt, quàm per o-
rationem. Congessimus igitur in
volumen, quicquid huiusmodi o-
rationum in Bibliis erat. Quæ si

c



nihil aliud compendij adferent,
 certè argumenta suppeditabūt, in
 nulla non tribulatione, intrepidè
 & precandi, & benedicendi. Id no-
 bis studium fuit, ea intentio, aut
 non sit nobis Christus propitijs,
 nō vt rursus novos hortulos mo-
 diremur, & si quid fuit aliud vete-
 rum nāriarum. Oret igitur cui da-
 rum est. Nemo segniter agat, tepus
 prope est. Qui verò sordidus est,
 & quem ira Dei non terret, for-
 descat adhuc: veniet cito, &

merces eius cum eò: qui

reddet vnicuiq; iu-

xta opera sua.

Amen.

ORATIONES,

SIVE PRECATIONES

Sanctorum Patrum, Pa-

triarcharum, Prophetarum,

Iudicum, Regum, Virorum &

Mulierum illustrium vtriusq;

Testamenti.

Canticum Moysi. Deut. xxxii.



Vdite cæli quæ loquor, au-
diat terra verba oris mei.

Cōcrescat in pluuiã doctri-
na mea, fluat vt ros elo-
quiū meū, quasi imber su-

per herbã, & quasi stille super gramina.
Quia nomen Domini inuocabo date ma-
gnificentiam Deo nostro.

Dei perfecta sunt opera, & omnes vię eius
iudicia: Deus fidelis, & absque vlla ini-
quitate, iustus & rectus.

Peccauerunt ei, & non filij eius in sordi-
bus, generatio praua atque peruersa.

Hęcine reddis Domino popule stulte &
insipiēs? nūquid non ipse est pater tuus,
qui possedit te, & fecit & creauit te?

Memento dierum antiquorum, cogita ge-
nerationes singulas: interroga patrem
tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos,

ORAT. PATRVM

& dicent tibi.

Quando diuidebat Altissimus Gentes:
quando separabat filios Adam consti-
tuit terminos populorum iuxta nume-
rum filiorum Israël.

Pars autem Domini populus eius: Iacob
funiculus hereditatis eius.

Inuenit eum in terra deserta, in loco hor-
roris, & vastæ solitudinis: circunduxit
eum, & docuit, & custodiuit quasi pupil-
lam oculi sui.

Sicut aquila prouocans ad volandum pul-
los suos, & super eos volitans expandit
alas suas: & assumpsit eum atque porta-
uit in humeris suis.

Dominus solus dux eius fuit, & non erat
cum eo Deus alienus.

Constituit eum super excelsam terram: vt
comederet fructus agrorum, vt sugeret
mel de petra, oleumque de saxo duris-
simo.

Butyrum de armento, & lac de ouibus cum
adipe agnorum & arietum filiorum Basan,
& hircos cum medulla tritici, & sangui-
nem vuae biberent meracissimum.

Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit:
incrassatus, impinguatus, dilatatus de-
reliquit Deum factorem suum, & recessit
a Deo salutari suo.

Prou.

VTRIVSQ. TEST.

5

Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

Immolauerunt dæmoniis & non Deo, diis quos ignorabāt: noui recentēsq; venerunt, quos non coluerunt patres eorū. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.

Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est, quia prouocauerunt eum filij sui & filiae.

Et ait: Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum: generatio enim peruersa est, & infideles filij.

Ipsi me prouocauerunt in eo qui nō erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis & ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.

Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima, deuorabitq; terram cum germine suo: & mortuum fundamenta comburet.

Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.

Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morfu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atq; serpētium.

6 ORAT. PATRVM

Foris vastabit eos gladius, & intus pauor,
iuuenem simul ac virginem, lactentem
cum homine sene.

Et dixi: Vbi nam sunt? cessare faciam ex
hominibus memoriam eorum.

Sed propter iram inimicorum distuli: ne
fortè superbirent hostes eorum, & dice-
rent: Manus nostra excelsa, & non Do-
minus, fecit hæc omnia.

Gens absq; consilio est, & sine prudentia.
Vtinam saperent & intelligerent, ac no-
uissima prouiderent.

Quomodo persequebatur vnus mille, &
duo fugarent decem millia? nonne ideo
quia Deus suis vendidit eos, & Domi-
nus conclusit illos?

Non enim est Deus noster vt dii eorum?
& inimici nostri sunt iudices.

De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de
suburbanis Gomorrhæ: vna eorum vna
fellis, & botri amarissimi.

Fel draconum vinum eorum, & venenum
aspidium insanabile.

Nonne hæc condita sunt apud me, & si-
gnata in thesauris meis?

Mea est vltio, & ego retribuam eis in tem-
pore, vt labatur pes eorum: iuxta est
dies perditionis, & adesse festināt tem-
pora.

Iudic

VTRIVSQ. TEST.

Iudicabit Dominus populum suum, & in
seruis suis miserebitur: videbit quòd
infirmata sit manus, & clausi quoq; de-
fecerunt, residuique consumpti sunt.

Et dicet: Vbi sunt dii eorum, in quibus ha-
bebant fiduciam?

De quorum victimis comedebant adipem,
& bibebant vinum libaminum: surgant
& opulentur vobis, & in necessitate
vos protegant.

Videte quòd ego sum solus, & nò sit alius
Deus præter me: ego occidam, & ego
viuere faciam: percutiam, & ego sanabo,
& non est qui de manu mea possit
eruere.

Leuabo ad cælum manum meam, & di-
cam: Vuo ego in æternum.

Si acvero vt fulgur gladium meum, & ar-
riperit iudicium manus mea: reddam
vltionem hostibus meis, & his, qui ode-
runt me, retribuam.

Inebriabo sagittas meas sanguine, & gla-
dius meus deuorabit carnes, de cruore
occisorum, & de captiuitate nudati ini-
micorum capitis.

Laudate Gentes populum eius, quia san-
guinem seruorum suorum vlciscetur: &
vindictam retribuet in hostes eorum,
& propitius erit terræ populi sui.

Oratio Moyſi ad Dominum pro
peccatis populi. Exo. xxxii.

Domine, cur irascitur furor tuus con-
tra populum tuū, quem eduxisti de
terra Aegypti? Ne dicant impij Aegyptij,
amatores ſeculi huius: Callidè agit cum
ipſis, vt deleat eos è terra: quieſcat ira tua,
& eſto placabilis ſuper nequitia populi
tui. Amen.

Alia Moyſi ad idem. Exo. xxxii.

Obfecro, Domine peccauit populus
iſte peccatum maximū, feceruntq;
ſibi deos aureos: aut dimitte eis hanc no-
xam: aut ſi non facis, dele me de libro
tuo quem ſcripſiſti. Amen.

Pro peccato populi murmurātis
oratio Moyſi. Num. xiiii.

Patens Domine & multæ miſericor-
diæ, auferens iniquitatem & ſcelera,
nullūmq; innoxium derelinquens, qui
viſitas peccata patrum in filios, in tertiã
& quartam generationem, Dimitte obſe-
cro peccatum populi tui huius, ſecundum
magnitudinem miſericordiæ tuæ, ſicut
propitiuſ fuiſti egredientibus de Aegy-
pto vſque ad locum iſtum. Amen.

Alia

VTRIVSQ. TEST.

9

Alia Aaron & Moyfi pro plebe.

Num. XVI.

Fortissime Deus spirituum vniuersæ
carnis, num vno peccante, contra o-
mnes ira tua desæuiet?

Pro duritia populi, huiusmodi ali-
quid Mosaicū mussare ad Deū
potest prædicator fidelis.

Deut. IX.

NE disperdas Domine populū tuum,
& hæreditatem tuam, quam redemi-
sti in magnitudine tua, quos eduxisti de
Aegypto huius seculi. Recordare seruo-
rum tuorum Abraham, Isaac, & Iacob. Ne
aspicias duritiam populi huius, & impie-
tatem atque peccatum: quia est populus
tuus, & hæreditas tua quam parasti tibi
in fortitudine tua magna, & in brachio
tuo extento.

Oratio Salomonis in dedica-
tione tēpli Ierosolymitani.

III. Reg. VIII.

Benedictus Dominus Deus Israel, qui
loquutus est ore suo ad Dauid patrē
meum, & in manibus eius perfecit. Domi-
ne Deus Israël, nō est similis tui Deus in

10 ORAT. PATRVM

cælo deſuper, & ſuper terram deorſum:
 qui cuſtodis pactum & miſericordiam
 ſeruis tuis, qui ambulat coram te in to-
 to corde ſuo. Nunc igitur Domine Deus
 Iſraël, firmentur verba tua quæ locutus
 es ſeruo tuo Dauid patri meo. Ergone
 putandum eſt, quòd verè Deus habitet ſu-
 per terram? ſi enim cæli, & cæli cælorum
 te capere non poſſunt, quantò minùs do-
 mus hæc, quam ædificauit tibi? Sed reſpi-
 ce ad orationē ſerui tui, & ad preces eius,
 Domine Deus meus: audi hymnum &
 orationem quam ſeruus tuus orat coram
 te hodie. Si peccauerit tibi populus tuus
 (non eſt enim homo qui non peccet) &
 iratus fueris, ipſi verò egerint pœniten-
 tiam in corde ſuo, & conuerſi deprecati te
 fuerint, dicentes: Peccauimus, iniquè
 egimus, impiè geſſimus: & reuerſi fue-
 rint ad te in vniuerſo corde ſuo, & tota
 anima ſua, & orauerint ad te: exaudies
 in cœlo, in firmamento ſolij tui oratio-
 nes & preces eorum: & propitiaberis pec-
 catis populi tui qui tibi peccauit, faciens
 illis iudicium & miſericordiam. Populus
 enim tuus eſt, & hæreditas tua, quos edu-
 xiſti de terra Aegypti, de medio fornacis
 ferreæ. Sint ergo oculi tui aperti ad de-
 precationē ſerui tui, & populi tui Iſraël,
 & exau

& exaudias eos in vniuersis, pro quibus
inuocauerint te. Amen.

Oratio Esdræ prophetae, pro pec-
catis populi. 1. Esdræ IX.

DEus meus, confundor & erubesco le-
uare faciem meam ad te, quoniam
iniquitates nostræ multiplicatæ sunt su-
per caput nostrum, & delicta nostra creue-
runt vsque ad cælum, à diebus patrum no-
strorum. Sed & nos ipsi peccauius graui-
ter vsq; ad diem hanc, & in iniquitatibus
nostris traditi sumus ipsi, & reges nostri,
& sacerdotes nostri in manū regum ter-
rarum, & in gladiū, & in captiuitatem, &
in rapinam, & in cōfusionem vultus, sicut
& die hac. Et nunc quasi parum & ad mo-
mentū facta est deprecatio nostra ad Do-
minum Deum nostrum, vt dimitterentur
nobis reliquiæ, & daretur nobis pax illius
in loco sancto eius, & illuminaret oculos
nostros Deus noster: & daret nobis vitam
modicā in seruitute nostra: quia serui su-
mus, & in seruitute nostra non dereliquit
nos Deus noster & inclinauit super nos
misericordiam coram rege Persarum, vt
daret nobis vitam, & sublimaret domum
Dei nostri, & extrueret solitudines eius,
& dar

& daret nobis spem in Iuda & Ierusalē.
 Et nunc quid dicemus Domine Deus no-
 ster post hæc? quia dereliquimus man-
 data tua, quæ præcepisti in manu seruo-
 rum tuorum Prophetarum, dicens: Ter-
 ra ad quam vos ingredimini vt possidea-
 tis eam, terra immunda est, iuxta immun-
 ditiam populorum, caterarúmque terra-
 rum, abominationibus eorū, qui repleue-
 runt eam ab ore vsque ad os in coinquina-
 tione sua. Nunc ergo filias vestras ne de-
 tis filiis eorum, & filias eorū ne accipiatis
 filiis vestris, & non quæratís pacem eo-
 rum, & prosperitatem eorum vsque in
 æternum, vt confortemini, & comedatis
 quæ bona sunt terræ, & hæredes habeatis
 filios vestros vsque in seculum. Et post
 omnia quæ venerunt super nos in operi-
 bus nostris pessimis, & in delicto nostro
 magno, tu Deus noster liberaisti nos de
 iniquitate nostra, & dedisti nobis salutē,
 sicut est hodie, vt non auerteremur & ir-
 rita faceremus mandata tua, neque ma-
 trimonio iungeremur cum populis ab-
 ominationum istarum. Nunquid iratus
 es nobis vsq; ad consummationem, ne di-
 mitteres nobis reliquias ad salutem? Do-
 mine Deus Israël iustus es tu: quoniam
 derelicti sumus qui saluaremur sicut die
 hac

hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro, non enim stari potest coram te super hoc.

Oratio Neemiæ pro peccatis populi coram Deo. Neem. 1.

Domine Deus cæli fortis, magne & terribilis, qui custodis pactum, & misericordiã cū his qui te diligunt, & custodiunt mādãta tua: fiant quæso aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationem serui tui, quam ego oro corã te hodie, nocte & die pro filiis Israhel seruis tuis: & cōfiteor pro peccatis filiorum Israhel, qui peccauerunt tibi: & ego, & domus patris mei peccauimus: vanitate seducti sumus, & non custodiimus mādãtum tuum, & cæremonias, & iudicia, quæ præcepisti Moyfi famulo tuo. Et ipsi serui tui, & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida. Obsecro Domine, sit auris tua attendens ad orationem serui tui, & ad orationem seruorum tuorum, qui volunt timere nomen tum.

Amen.

Confess.

alẽ.
no-
an-
uo-
er-
ca-
nun
ra-
ue-
ina
de-
atis
eo-
in
atis
tis
ost
eri-
tro
de
ntẽ,
ir-
na-
ab-
tus
di
o-
m
lie
ac



Confessio & Oratio solennis Le-
uitarum, & Ecclesiæ pro pecca-
tis, cum narratione beneficio-
rum Dei. **1. in Hesdra IX.**

TV ipse Domine, solus tu fecisti cæ-
lum, & cælum cælorum, & omnem
exercitum eorum: terram, & vniuersa
quæ in ea sunt, maria & omnia quæ in eis
sunt & tu viuificas omnia hæc, & exerci-
tus cæli te adorat. Tu ipse Domine Deus,
qui elegisti Abraham, & inuenisti cor
eius fidele coram te, & percussisti cum eo
foedus, vt dares eis terram Chananaei,
Hethæi, & Heuæi, Amorrhæi, & Pheræ-
zæi, Iebusæi, & Gergesæi, vt dares femini-
eius & implesti verba tua, quoniã iustus
es. Et vidisti afflictionem patrum nostro-
rum in Aegypto: clamorẽque eorum
audiuisti super Mare rubrum. Et dedi-
sti signa atque portenta in Pharaone &
in vniuersis seruis eius, & in omni po-
pulo terræ illius: cognouisti enim quia
superbè egerant contra eos: & fecisti ti-
bi nomen, sicut & in hac die. Et mare
diuisisti ante eos, & transierunt per me-
dium maris in sicco: persecutores au-
tem eorum proiecisti in profundũ, qua-
si lapidem in aquas validas. Et in colum-
na

na nubis ductor eorum fuisti per diem:
 & in columna ignis per noctem, vt ap-
 pareret eis via per quam ingrediebatur.
 Ad montem quoque Sinai descendisti,
 & loquutus es cum eis de cælo: & dedi-
 sti eis iudicia recta, & legem veritatis cæ-
 remonias, & præcepta bona. Et sabba-
 rum sanctificatum tuum ostendisti eis,
 & mandata, & cæremonias, & legem præ-
 cepisti eis in manu Moyli serui tui. Pa-
 nem quoque de cælo dedisti eis in fame
 eorum, & aquam de petra eduxisti eis
 sitientibus: & dixisti eis vt ingrederen-
 tur & possiderent Terram, super quam
 leuasti manum tuam vt traderes eis. Ipsi
 verò, & patres nostri superbè egerunt, &
 indurauerunt ceruices suas, & non audie-
 runt mandata tua. Et noluerunt audire &
 non sunt recordati mirabilium tuorum
 quæ feceras ei. Et indurauerunt ceruices
 suas, & dederunt caput vt conuertèrentur
 ad seruitutem suam, quasi per contentio-
 nem. Tu autem Deus propitius, clemens,
 & misericors, longanimis, & multæ mi-
 serationis nō dereliquisti eos, & quidem
 cum fecissent sibi vitulum conflatilem,
 & dixissent, Iste est Deus tuus qui eduxit
 te de Aegypto: feceruntque blasphemias
 magnas. Tu autem in misericordiis tuis
 multis

multis non dimisisti eos in deserto : columna nubis non recessit ab eis per diē, vt duceret eos in viam : & columna ignis per noctem, vt ostenderet eis iter per quod ingrederentur. Et spiritum tuum bonum dedisti qui duceret eos, & manna tuum non prohibuisti ab ore eorū, & aquā dedisti eis in siti. Quadraginta annis pauisti eos in deserto, nihilque eis defuit : vestimenta eorū non inueterauerūt, & pedes eorum non sunt attriti. Et dedisti eis regna & populos, & partitus es eis fortes: & possederunt terram Seon, & terram regis Hesebon, & terram Og regis Basan. Et multiplicasti filios eorum sicut stellas cæli, & adduxisti eos ad terram, de qua dixeras patribus eorum, vt ingrederentur & possiderent eam. Et venerūt filij, & possederūt terram, & humiliasti coram eis habitatores terræ Chananæos, & dedisti eos in manus eorum, & reges eorum, & populos terræ, vt facerent eis sicut placebat illis. Ceperunt itaque vrbes munitas & humum pinguem, & possederunt domos plenas cunctis bonis: cisternas ab eis febre factas, vineas, & oliueta, & ligna pomifera multa: & comederunt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundauerūt deliciis in bonitate tua magna.

Prou.

Prouocauerunt autem te ad iracundiam,
 & recesserunt a te, proiecerunt lege tuam
 post terga sua: & prophetas tuos occide-
 runt qui contestabantur eos vt reuerte-
 retur ad te: feceruntq; blasphemias gran-
 des. Et dedisti eos in manum hostiu suo-
 rum, & afflixerunt eos. Et in tempore tri-
 bulationis suæ clamauerunt ad te, & tu de
 cælo audiisti, & secundum miserationes
 tuas multas dedisti eis saluatores, qui sal-
 uarent eos de manu hostium suorum.
 Cùmque requieuisissent, reuersi sunt vt fa-
 cerent malum in conspectu tuo: & dereli-
 quisti eos in manu inimicorum suorum,
 & possederunt eos. Conuersique sunt, &
 clamauerunt ad te: tu autem de cælo exau-
 disti, & liberaisti eos in misericordiis tuis,
 multis temporibus. Et contestatus es eos
 vt reuenterentur ad legem tuam. Ipsi ve-
 rò superbè egerunt, & non audierunt man-
 data tua, & in iudiciis tuis peccauerunt,
 quæ faciet homo, & viuet in eis, & dede-
 runt humerum recedentem, & ceruicem
 suam indurauerunt, nec audierunt. Et pro-
 traxisti super eos annos multos, & con-
 testatus es eos in Spiritu tuo per manum
 Prophetarum tuorum: & non audierunt,
 & tradidisti eos in manum populorum
 terrarū. In misericordiis autem tuis plu-

rimis non fecisti eos in consumptionem, nec dereliquisti eos: quoniam Deus miserationum, & clemens es tu. Nunc itaque Deus noster magne, fortis & terribilis, custodiens pactum & misericordiam, ne auertas à facie tua omnem laborem qui inuenit nos, reges nostros, & principes nostros & sacerdotes nostros, & prophetas nostros, & patres nostros, & omnem populū tuum à diebus regis Assur, vsque in diem hāc. Et tu iustus es in omnibus quæ venerunt super nos: quia veritatem fecisti nobis, nos autem impiè egimus. Reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, & patres nostri non fecerunt legem tuam, & non attenderūt mandata tua, & testimonia tua quæ testificatus es in eis. Et ipsi in regnis suis bonis, & in bonitate tua multa quam dederas eis, & in terra latissima & pingui, quam tradideras in conspectu eorum, non seruerūt tibi, nec reuersi sunt à studiis suis pessimis. Ecce nos ipsi hodie serui sumus, & terra quam dedisti patribus nostris vt comederēt panē eius, & quæ bona sunt eius, & nos ipsi serui sumus in ea. Et fruges eius multiplicantur regibus quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominātur, & iumentis nostris

stris

stris secundum voluntatē suam, & in tribulatione magna sumus. Super omnibus ergo his nos ipsi percutimus fœdus, et scribimus et signant principes nostri, Leuitæ nostri, & sacerdotes nostri.

Oratio Ecclesiæ pro peccatis.

Sapien. xv.

TV Deus noster suavis, & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia. Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Nosse enim te, consummata iustitia est: & scire iustitiam & virtutem tuam, radix est immortalitatis.

Alia pro peccatis. Hier. III.

ECce, nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster. Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo nostro salus Israël. Cōfusio comēdit laborem patrū nostrorum ab adolescētia nostra, greges eorum & armēta eorum, filios eorū & filias eorum. Dormiemus in cōfusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Domino Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra vsq;

Ad diem hanc: & non audiuius vocem
Domini Dei nostri.

Luctus Hieremiæ pro peccatis
Populi. Hier. XIII.

DEducant oculi mei lachrymã, quia
captus est grex Domini. Dic ergo
regi & Dominatrici: Humiliamini, sede-
te in terra: quoniam descendet de capi-
te vestro corona gloriæ vestræ. Ciuitates
Austri clausæ sunt, & non est qui aperiat:
translata est omnis Iuda transmigratio-
ne perfectã. Leuate oculos vestros, & vi-
dete qui venitis ab Aquilone: vbi est grex
qui datus est tibi, pecus inclytum tuum?
Quid dices cùm visitauerit te? Tu enim
docuisti eos aduersum te, & etudisti in
caput tuum. Nunquid non dolores appre-
hendent te, quasi mulierem parturien-
tem? Quòd si dixeris in corde tuo, Qua-
re venerunt mihi hæc? Propter multitu-
dinem iniquitatis tuæ reuelata sunt vere-
cundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. Si
mutare potest Aethiops pellem suam, aut
pardus varietates suas: & vos poteritis be-
nefacere, cùm didiceritis malum. Et dis-
feminabo eos quasi stipulam, quæ vento
raptatur in deserto. Hæc fors tua, parsq;
mensuræ tuæ à me, dicit Dominus: quia
oblita

oblita es mei, & confusa es in mendacio. Vnde & ego nudavi femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ: super colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Hierusalem, non mundaberis post me: vsquequo adhuc.

Oratio, quam præscripsit captiuis in Babylone Baruch, pro delictis eorum. Baruch. 11. 111.

Domino Deo nostro iustitia: nobis autem & patribus nostris cōfusio faciei, sicut est dies hæc. Quia loquutus est Dominus super nos omnia mala hæc quæ venerunt super nos: & non sumus deprecati faciem Domini Dei nostri, vt reuerteremur vnusquisque nostrum à viis nostris pessimis. Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea super nos qui iustus est Dominus in omnibus operibus suis, quæ mandauit nobis: & non audiuius vocem ipsius, vt iremus in præceptis Domini, quæ dedit ante faciē nostrā. Et nūc Domine Deus Israël, qui eduxisti populū tuū de Terra-Aegypti in manu valida, & in signis, & in prodigiis, & in virtute tua magna, & in brachio tuo excelso, &

fecisti tibi nomen sicut est dies iste: pecca-
 uimus, impiè egimus, iniquè gessimus Do-
 mine Deus noster, in omnibus iustitiis
 tuis. Auertatur ira tua à nobis: quia dere-
 licti sumus pauci inter Gētes, ubi disper-
 sisti nos. Exaudi Domine preces nostras,
 & orationes nostras, & educ nos propter
 te & da nobis inuenire gratiam ante faciē
 corū qui nos abduxerunt: ut sciat omnis
 terra, quia tu es Dominus Deus noster, &
 quia nomen tuum inuocatū est super Is-
 rael, & super genus ipsius. Respice Domi-
 ne de domo tua sancta in nos & inclina au-
 tem tuam, & exaudi nos. Aperi oculos
 tuos, & vide: quia non mortui, qui sunt in
 inferno, quorum spiritus acceptus est à vi-
 sceribus suis, dabunt honorem & iustifica-
 tionem Domino: sed anima quæ tristis est
 super magnitudinem mali, & incedit cur-
 ua & infirma, & oculi deficientes, & anima
 esuriens dat tibi gloriā & iustitiam, Do-
 mino. Quia non secundum iustitias pa-
 trum nostrorum nos fundimus preces, &
 petimus misericordiam ante conspectum
 tuū Domine Deus noster: sed quia mis-
 isti iram tuam, & furorem tuum super nos
 sicut locutus es in manu puerorum tuo-
 rum prophetarum: dicens, Sic dicit Do-
 minus: Inclinate humerum vestrum, &
 cervicem

ceruicem vestram, & opera facite regi Ba-
 bylonis: & sedebitis in terra, quam dedi
 patribus vestris. Quod si non feceritis,
 nec audieritis vocem Domini Dei vestri
 operari regi Babyloniae: defectionem ve-
 stram faciem de ciuitatibus Iuda, & afo-
 ris Hierusalem & auferam a vobis vo-
 cem iucunditatis, & vocem gaudij, & vo-
 cem sponsi, & vocem sponsae: & erit omnis
 terra sine vestigio ab inhabitantibus eam.
 Et non audierunt vocem tuam, vt opera-
 rentur regi Babylonis: & statuisti verba
 tua quae loquutus es in manibus puero-
 rum tuorum prophetarum, vt transfer-
 rentur ossa regum nostrorum, & ossa pa-
 trum nostrorum de loco suo, & ecce pro-
 iecta sunt in calore solis, & in gelu no-
 ctis: & mortui sunt in doloribus pessi-
 mis, in fame & in gladio, & in emissione.
 Et posuisti templum, in quo inuocatum
 est nomen tuum in ipso, sicut dies haec,
 propter iniquitatem domus Israel, & do-
 mus Iuda. Et fecisti in nobis Domine
 Deus noster, secundum omnem bonita-
 tem tuam, & secundum omnem miseri-
 cordiam tuam illam magnam: sicut lo-
 quutus es in manu pueri tui Moyse, in die
 qua praecipisti ei scribere legem tuam co-
 ram filiis Israel, dicens: Si non audieritis

vocem meam, multitudo magna conuer-
 tetur in minimam inter gentes, quò ego
 eos dispergam: quia scio quòd me non au-
 diet populus: populus est enim dura cer-
 uice: & conuertetur ad cor suum in terra
 captiuitatis suæ: & scient quia ego sum
 Dominus Deus eorum: & dabo eis cor,
 & intelligent: & aures, & audient. Et lau-
 dabunt me in terra captiuitatis suæ, &
 memores erunt nominis mei. Et auer-
 tent se à dorso suo duro, & à malignitati-
 bus suis: quia reminiscetur viam patrum
 suorum qui peccauerunt in me. Et reuoca-
 bo illos in terram quam iuravi patribus
 eorum Abraham, Isaac & Iacob, & domi-
 nabuntur eis: & multiplicabo eos, & non
 minorabuntur. Et statuam illis testamen-
 tum aliud sempiternum, vt sim illis in
 Deum, & ipsi erunt mihi in populum: &
 non mouebo amplius populum meum,
 filios Israel à terra, quam dedi illis. Et
 nunc Domine omnipotens, Deus Israel,
 anima nostra in angustiis, & spiritus an-
 xius clamat ad te: Audi Domine & mise-
 rere: quia Deus es misericors, & misere-
 re nostri: quia peccauimus ante te. Quia
 tu sedes in sempiternum, & nos peribim-
 us in æuum? Domine omnipotens,
 Deus Israel audi nunc orationem mor-
 tuorum

tuorum Israel & filiorum ipsorum, qui peccauerunt ante te, & non audierunt vocem Domini Dei sui, & agglutinata sunt nobis mala. Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum, sed memento manus tuæ & nominis tui in tempore isto: quia tu es Dominus Deus noster, & laudabimus te Domine, quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, & ut inuocemus nomen tuum, & laudemus te in captiuitate nostra, quia conuertimur ab iniquitate patrum nostrorum, qui peccauerunt ante te. Et ecce nos in captiuitate nostra sumus hodie, quia nos disperdisti in improperium, & in maledictum, & in peccatum, secundum omnes iniquitates patrum nostrorum qui discesserunt à te Domine Deus noster.

Oratio Danielis prophetae pro peccatis & tota gente. Dan. ix.

Obscuro Domine Deus magne & terribilis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & recessimus: & declinauimus à mandatis tuis ac iudiciis. Non obediimus seruis tuis prophetis qui loquuti sunt in nomine tuo

regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omnique populo terræ: Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iuda, & habitatoribus Hierusalem & omni Israël, his qui propè sunt, & his qui procul in vniuersis terris, ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccauerunt in te Domine. Nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris, qui peccauerunt: Tibi autem Domino Deo nostro misericordia & propitiatio, quia recessimus à te, & non audiuius vocem Domini Dei nostri, vt ambularem in lege eius, quã posuit nobis per seruos suos prophetas. Et omnis Israël præuaricati sunt legem tuã, & declinauerunt ne audirent vocem tuã: & stillauit super nos maledictio, & detestatio quæ scripta est in libro Moyli serui Dei, quia peccauimus ei. Et statuit sermones suos quos loquutus est super nos & super principes nostros qui iudicauerunt nos, vt superinduceret in nos magnum malum, quale nunquam fuit sub omni cælo, secundum quod factum est in Hierusalem. Sicut scriptum est in lege Moyli, Omne malum hoc venit super nos: & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster,

ster,

ster, vt reuerteremur ab iniquitatibus no-
 stris, & cogitaremus veritatem tuam.
 Et vigilauit Dominus super malitiam,
 & adduxit eam super nos: iustus Domi-
 nus Deus noster in omnibus operibus
 suis quæ fecit: non enim audiuius vocē
 eius. Et nunc Domine Deus noster qui
 eduxisti Populum tuum de Terra Aegy-
 pti in manu forti, & fecisti tibi nomen se-
 cundum diem hanc, peccauimus, iniqui-
 tatem fecimus. Domine in omnem iusti-
 tiam tuam auertatur obsecro ira tua, &
 furor tuus à ciuitate tua Hierusalem, &
 à monte sancto tuo. Propter peccata enim
 nostra, & iniquitates patrum nostrorum,
 Hierusalem, & populus tuus in oppro-
 brium sunt omnibus per circuitum no-
 strum. Nunc ergo exaudi Deus noster
 orationem serui tui, & preces eius: & ostē-
 de faciem tuam super sanctuarium tuum,
 quod desertum est, propter remetipsum.
 Inclina Deus meus aurem tuam, & audi,
 aperi oculos tuos, & vide desolationem
 nostram, & ciuitatem super quam inuo-
 catum est nomen tuum, neque enim iu-
 stificationibus nostris prosterimus pre-
 ces ante faciem tuam, sed in miserationi-
 bus tuis multis. Exaudi Domine: at-
 tende & fac, ne moreris propter temet-
 ipsum

ipsum Deus meus : quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem, & super populum tuum.

ORATIONES

IN TEMPORE

afflictionis, & pro peccatis propriis.

Oratio Iacob, vt eruatur à fratre suo Esau. Gen. xxxii.



DEVS patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac: Domine qui dixisti mihi, reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi: minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quã explēsti seruo tuo: in baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo: ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis. Tu loquutus es quòd bene faceres mihi, & dilatares semen meum sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest. Amen.

Oratio

Oratio Iosue dum fugeret populus in bello. Iosue VII.

Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populum istum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? Mi Domine Deus, quid dicam, videns Israëlem hostibus suis terga vertentem? Audient Chananæi, & omnes habitatores terræ, & pariter conglobati circundabunt nos, atq; delebunt nomen nostrum de terra: & quid facies magno nomini tuo?

Oratio & Cōfessio publica populi Israëlici, vt liberetur ab hoste. Iudic. X.

Peccauimus tibi, quia dereliquimus te Dominum Deum nostrum, & seruiuimus Baalim. Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos.

Oratio Samson ad Deum, vt vlciscatur eum de Philistiim. Iudic. XVI.

Domine Deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem meam pristinam Deus meus, vt vlciscar
me

me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum vnam vltionem recipiam. Amen.

In bello contra Turcam, & patriæ impugnatores, oratio regis Afa.

II. Paralip. XIII.

Domine, non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxiliaris, an in pluribus: adiuua nos Domine Deus noster: in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem. Domine Deus noster tu es, nō praeualeat contra te homo. Amen.

Alia regis Iosophat.

II. Paralip. XX.

Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in caelo, & dominaris cunctis regnis gentium: in manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam tibi potest resistere. Nōne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternū? Habitaueruntque in ea, & extruxerunt in illa Sanctuarium nomini tuo, dicentes: Si irruerint super nos mala, gladius iudicij
pestilentia

pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum: & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos, saluosque facies. Nunc igitur insultant aduersum nos aduersarij nostri. Ergo non iudicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed quū ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.

Oratio Neemiæ contra gentes exprobrantes. Neem. 1111.

AVdi Deus noster, quia facti sumus despectui: conuerte opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captiuitatis. Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur: quia irriserunt ædificantes. Amen.

Cum affligimur à Deo, vel propter peccata, vel vt ab eo probemur, Oratio. Tob. 111.

Iustus es Domine, & omnia iudicia tua iusta sunt, & omnes viæ tuæ misericordia, & veritas, & iudiciū. Et nunc Domi-

ne memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. Quoniam non obediimus præceptis tuis, ideo tradidisti nos in direptionem, & improperium & in fabulam omnibus gentibus. Et nunc Domine magna iudicia tua, quia non egimus secundum præcepta tua, & non ambulauimus sincere coram te. Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Expedi enim mihi mori magis quam viuere. Amen.

Oratio Manassæ regis Iuda in vinculis detenti, pro peccatorum remissione, gratia & liberatione eius.

II. Paralip. xxxvi.

Domine Deus omnipotēs patrū nostrorū Abraham, & Isaac, & Iacob, & seminis eorū iusti, qui fecisti cælum & terram cum omni ornatu eorum, qui ligasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & signasti terribili & laudabili nomine tuo: quæ omnia pauent, & tremunt à vultu virtutis tuæ: quia importabilis

Iis est magnificentia gloriæ tuæ, & insu-
 stentabilis ita comminationis tuæ super
 peccatores: immensa verò & inuestiga-
 bilis misericordia promissionis tuæ: quo-
 niam tu es Dominus, altissimus, beni-
 gnus, longanimis, & multum miseri-
 cors, & pœnitens super malitias homi-
 num. Tu Domine, secundum multitu-
 dinem bonitatis tuæ promisti pœni-
 tentiam, & remissionem iis qui peccave-
 runt tibi, & multitudine miserationum
 tuarum decreuisti pœnitentiam peccato-
 ribus, in salutem. Tu igitur Domine
 Deus iustorum, non posuisti pœniten-
 tiam iustis, Abraham, & Isaac, & Iacob, iis
 qui tibi non peccauerunt: sed posuisti pœ-
 nitentiam propter me peccatorem: quo-
 niam peccaui super numerum arenæ ma-
 ris: multiplicatæ sunt iniquitates meæ
 Domine, multiplicatæ sunt iniquitates
 meæ, & non sum dignus intueri, & aspice-
 re altitudinem cæli, præ multitudine ini-
 quitatum mearum: incuruatus sum multo
 vinculo ferreo, vt nō possim attollere ca-
 put meum, & nō est respiratio mihi: quia
 excitaui iracundiam tuam, & malum co-
 ram te feci: non feci voluntatem tuam, &
 mandata tua non custodiui, statui abomi-
 nationes, & multiplicavi offensiones. Et
 c nunc

nunc flecto genu cordis mei, precans à te bonitatē. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnosco. Quare peto rogās te, remitte mihi Domine, remitte mihi: & ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neq; in æternū, iratus, reserves mala mihi, neq; dānes me in intima terræ loca: quia tu es Deus, Deus inquā pœnitentiū: in me ostendes omnem bonitatem tuam, quia indignum saluabis me secundū magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cælorū, & tibi est gloria in secula seculorum. Amen.

Pro patriæ liberatione à Tyranno, oratio Iudith.

Iud. IX.

Domine Deus patris mei Simeō, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, et denudauerūt femur virginis in confusionem: et dedisti mulieres illorum in prædam, et filios illorū in captiuitatem: & omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: subueni quæso te Domine Deus meus mihi viduæ. Tu enim fecisti
priora,

VTRIVSQ. TEST. 35

priora, et illa, post illa cogitasti: et hoc factum est quod ipse voluisti. Omnes enim viae tuae paratae sunt, & tua iudicia in tua providentia posuisti. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorum videre dignatus es, quando post seruos tuos armati currebant, confidentes quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum. Sed aspexisti super castra eorum, & tenebrae fatigauerunt eos. Sic fiant & isti Domine, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur, & nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi. Erige brachium tuum, sicut ab initio: & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua qui promittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deicere gladio suo cornu altaris tui. Fac Domine, ut gladio proprio eius superbia amputetur, capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meae. Da mihi in animo constantiam, ut contemnam illum: & virtutem, ut euertam illum. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus foeminae deiecerit eum.

Non enim in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem. Memento Domine testamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, vt domus tua in sanctificatione permaneat, & omnes gentes agnoscant, quia tu es Deus, & non est alius præter te. Amen.

Alia eiusdem, dum occideret inimicum. Judith XIII.

Confirma me Domine Deus Israël, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, vt hoc, quod credens per te posse fieri cogitavi, perficiam. Confirma me obsecro in hac hora. Amen.

Oratio Mardochei in persecutione Aman pro tota gente sua.

Hester XIII.

Domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita: & non est qui tue possit resistere voluntati, si decre-

uer

ueris saluare Israël. Tu fecisti cælū & terram, & quicquid cæli ambitu continetur: Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ. Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt nō adorem Aman superbissimum. Libēter enim pro salute Israel etiam vestigia pedū eius deosculari paratus essem: sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem, excepto Deo meo. Et nunc Domine rex, Deus Abraham miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam quam redemisti de Aegypto. Exaudi deprecationem meā, & propitius esto forti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium. Amen.

In eadem angustia oratio Hester reginæ pro se, & pro gente sua.

Hester xiiii.

MI Domine, qui rex noster es solus, Madiua me solitariā, & cuius præter te nullus est auxiliator alius. Periculum

meum in manibus meis est. Audiui à patre meo, quòd tu Domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & Patres nostros ex omnibus retrò maioribus suis, vt possideres hæreditatem sempiternam, fecisti que eis sicut locutus es. Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum: coluimus enim Deos eorum. Iustus es domine. Et nunc non eis sufficit quòd durissima nos opprimunt seruitute, sed robur manuum suarum, idolorum potentia deputantes, volunt tua mutare promissa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui, vt aperiant ora Gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in sempiternum. Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui nò sunt, vt rideant ad ruinam nostram: sed conuerte consilium eorum super eos, et eum, qui in nos cœpit sæuire, disperde. Memèto Domine, et ostède te nobis in tēpore tribulationis nostræ, et da mihi fiduciam Domine rex Deorum, et vniuersę potestatis: tribue sermonem compositū in ore meo in conspectu leonis, et transfer cor illius in odium hostis nostri, vt et ipse pereat, et

cete

cateri qui ei cōsentiunt. Nos autem libera in manu tua, et adiuua me, nullū aliud auxilium habentem, nisi te Domine qui habes omnium scientiā, et nosti quia ode rim gloriam iniquorum, et detester cubile incircuncisorum, et omnis alienigenæ. Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ et gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, et detester illud quasi pānum menstruatæ, et non potem in diebus silentij mei, et quòd non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, et non biberim vinum libaminum: et nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsq; in præsentem diē, nisi in te Domine Deus Abraham. Deus fortis super omnes, exaudi vocem eorum qui nullam aliam speciem habent, et libera nos de manu iniquorum, et erue me à timore meo. Amen.

Oratio & benedictio Iob in maxima sua tribulatione, & bonorū suorum ereptione. **Iob I.**

Iob tonso capite corruens in terrā adorauit, et dixit: Nudus egressus sum de utero matris meæ, et nudus reuertat illuc

Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut
Domino placuit, ita factum est. Sit no-
men Domini benedictum. Amen.

Vt eruamur ab aduersariis.

Esaiaë XXXVII.

EXercituum Domine, Deus Israël, qui
sedes super Cherubin. tu es Deus so-
lus omnium regnorum terræ, tu fecisti cæ-
lum & terram. Inclina Domine aurem
tuam, & audi: aperi oculos tuos & vide.
Salua nos de manu aduersariorum no-
strorum, & cognoscant omnia regna ter-
ræ, quia tu es Deus solus. Amen.

Oratio Esaiaë in afflictio-
ne populi.

Esa. LXIII. LXIIII.

ATtende de cælo, & vide de habitacu-
lo sancto tuo, & folio glorię tuę: vbi
est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo
viscerum tuorū, & miserationū tuarum?
super me continuerunt se. Tu enim pater
noster, & Abraham nesciuit nos, & Israël
ignorauit nos: tu Domine pater noster,
redemptor noster, à seculo nomen tuum.
Quare errare nos fecisti Domine de viis
tuis: indurasti cor nostrum, ne timeremus

te:

te? Conuertere propter seruos tuos, tribus
hereditatis tuæ. Quasi nihilum possede-
runt populum sanctum tuum, hostes no-
stri conculcauerunt sanctificationē tuam:
Facti sumus quasi in principio, cū non
dominareris nostri, neq; inuocaretur no-
men tuum super nos. Vtinam dirumperes
cælos, & descenderes: à facie tua montes
defluerent, sicut exustio ignis tabescerēt,
aquæ arderēt igni, vt notum fieret nomē
tuū inimicis tuis: à facie tua turbarentur
Gentes. Cū feceris mirabilia, non susti-
neamus: descendisti, & à facie tua mōtes
defluerunt. A seculo non audierūt, neq;
auribus perceperunt: oculus non vidit,
Deus absq; te, quæ preparasti expectan-
tibus te. Occurristi lætanti, & faciēti iusti-
tiam: in viis tuis recordabuuntur tui: ecce
tu iratus es, & peccauimus: in ipsis fuimus
semper, & saluabimur. Et facti sumus vt
immundi omnes nos, & quasi pannus mē-
struatae vniuersæ iustitiæ nostræ: & ceci-
dimus quasi folium vniuersi, & iniquita-
tes nostræ quasi ventus abstulerunt nos.
Non est qui innocet nomen tuū: qui con-
surgat, & teneat te; abscondisti faciē tuam
à nobis, & allisisti nos in manu iniquita-
tis nostræ. Et nunc Domine pater noster
es tu, nos verò lutum: & fictor noster tu,

et opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris Domine satis, et ne ultra memineris iniquitatis nostrę: ecce, respice, pupulus tuus omnes nos. Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Hierusalem desolata est. Domus sanctificationis nostrę et glorię nostrę, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, et omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Nunquid super his continebis te Domine, tacebis et affliges nos vehementer? Amen.

Alia Ieremię oratio.

Ierem. XVII.

SAna me Domine, et sanabor: saluum me fac, et saluus ero: quoniã laus mea tu es. Nõ sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, et non confundar ego: paueant illi, et non paueam ego: induc super eos diem afflictionis, et duplici contritione contere eos. Amen.

Oratio Ieremię alia.

Ierem. XXXI.

CAstigasti me Domine, et eruditus sum, quasi iuueculus indomitus. Cõ-
uer

uerte me, & conuertar: quia tu Dominus
Deus meus. Postquam enim conuertisti
me, egi pœnitentiam. & postquam osten-
disti mihi, percussi femur meum. Confu-
sus sum, & erubui, quoniam sustinui op-
probrium adolescentiæ meæ. Amen.

Tempore tribulationis oratio
Ieremiæ in persona Christi.

Thren. III.

VOcem meam audisti Domine: ne
auertas aurê tuam à singultu meo
& clamoribus.

Appropinquasti in die quando inuocaui
te, dixisti: Ne timeas.

Iudicasti Domine causam animæ meæ,
redemptor vitæ meæ.

Vidisti Domine iniquitatē illorum ad-
uersum me: iudica iudicium meum.

Vidisti omnem furorem, vniuersas cogi-
tationes eorum aduersum me.

Audisti opprobriū eorū Domine omnes
cogitationes aduersum me.

Labia insurgentium mihi, & meditatio-
nes eorum aduersum me tota die.

Sessorem eorum, & resurrectionem eo-
rum vide, ego sum psalmus eorum.

Reddes eis vicem Domine, iuxta opera
man

manuum suarum.
 Dabis eis scutum cordis, laborem tuum.
 Persequeris in furore tuo, et conteres eos
 sub cælis Domine. Amen.

Oratio Ieremiæ die afflictionis, &
 excidio Hierusalem. Thte. v.

Recordare Domine quid acciderit
 nobis: intueri et respice opprobriũ
 nostrũ. Hereditas nostra versa est ad alie-
 nos: domus nostræ ad extraneos. Pupilli
 facti sumus absque patre: matres nostræ
 quasi viduæ. Aquam nostram pecunia bi-
 bimus: ligna nostra pretio comparau-
 mus. Ceruicibus nostris minabamur,
 lassis nõ dabatur requies. Aegypto dedi-
 mus manus, et Afsyriis: vt saturemur pa-
 ne. Patres nostri peccauerũt, et nõ sunt: et
 nos iniquitates eorũ portauimus. Serui
 dominati sunt nostri: nõ fuit qui redime-
 ret de manu eorum. In animabus nostris
 afferebamus panem nobis, à facie gladij
 in deserto. Pellis nostra, quasi clibanus,
 exusta est à facie tempestatum famis. Mu-
 lieres in Sion humiliauerunt, et virgi-
 nes in ciuitatibus Iuda. Principes ma-
 nu suspensi sunt: facies senum non eru-
 buerunt. Adolescentibus impudicè abusi
 sunt: et pueri in ligno corruerunt. Senes
 dese

defecerunt de portis : iuuenes de choro
 psallentium. Defecit gaudium cordis no-
 stri : verius est in luctum chorus noster.
 Cecidit corona capitis nostri : vae nobis,
 quia peccauimus. Propterea mœstum fa-
 ctum est in dolore cor nostrum, ideo con-
 tenebrati sunt oculi nostri. Propter mon-
 tem Sion quia disperiit : vulpes ambula-
 uerunt in eo. Tu autem Domine in æter-
 num parmanebis, folium tuum in gene-
 ratione et generationem. Quare in per-
 petuum obliuisceris nostri? derelinques
 nos in longitudine dierum? Cōuerte nos
 Domine ad te, et conuertemur : innoua
 dies nostros, sicut à principio. Sed proii-
 ciens repulisti nos, iratus es cōtra nos ve-
 hementer.

Oratio Susannæ, quando à Se-
 nibus pudicitia eius
 tentabatur.

Daniel. XIII.

Ingemuit Susanna, et ait: Angustiæ mihi
 sunt vndiq;. Si enim hoc egero, mors
 mihi est: si autem non egero, non effu-
 giam manus vestras. Sed melius est mihi
 absque opere incidere in manus hominū,
 quàm peccare in conspectu Domini.

Alia

Alia cū ad supplicium duce-
retur ibidem.

A Eterne Deus, qui absconditorum es
cognitor, qui nosti omnia antequā
fiant, tu scis quoniam falsum testimoniū
tulerunt contra me, & ecce morior, cū
nihil horum fecerim quæ isti malitiosè
composuerunt aduersum me.

Oratio Ionæ de ventre piscis.

Ionæ II.

AD Dominum clamaui de tribula-
tione mea, & exaudiuit me: de ven-
tre inferi clamaui, & exaudisti vocem
meam.

Et proiecisti me in profundum in corde
maris, & flumen circundedit me: om-
nes gutgites tui, & fluctus tui super
me transierunt.

Et ego dixi: Abiectus sum à cōspectu ocu-
lorum tuorum: veruntamen rursus vi-
debo templum sanctum tuum.

Circundederunt me aquæ vsque ad ani-
mam, abyssus vallauit me, pelagus ope-
ruit caput meum.

Ad extrema montium descendi, terræ ve-
stes cōcluserunt me in æternū: & sub-
leuabis de corruptione vitam meam,

Do

Domine Deus meus.
 Cùm angustiaretur in me anima mea,
 Domini recordatus sum: vt veniat ad
 te oratio mea ad templum sanctum
 tuum.

Qui custodiunt vanitates frustra, miseri-
 cordiam suam derelinquunt.

Ego autem in voce laudis immolabo ti-
 bi, quæcunque voui reddam pro salute
 mea Domino.

Oratio Iudæ Machabæi, cùm iam
 illi esset cum hostibus
 concertandum.

I. Machab. 1111.

Benedictus es saluator Israël, qui con-
 triuisti impetū potentis in manu ser-
 ui tui David, & tradidisti castra alieni-
 genarum in manu Ionathæ filij Saul, & ar-
 migeri eius. Conclude exercitum istum
 in manu populi tui Israël, & cōfundatur
 in exercitu suo & equitibus. Da illis for-
 midinem & tabefac audaciā virtutis eo-
 rum, & commoueatur contritione sua.
 Deince illos gladio diligentium te: & col-
 laudent te omnes, qui nouerunt nomen
 tuum in hymnis. Amen.

Ora



Oratio sacerdotum contra Tyrannum, ne prosperetur in prælio contra sanctos Domini.

I. Machab. VII.

TV Domine elegisti domum istam ad inuocandum nomen tuum in ea, vt esset domus orationis & obsecrationis populo tuo: fac vindictam in homine isto, & exercitu eius, & cadant in gladio, memento blasphemias eorum: & ne dederis eis vt permanent. Amen.

Oratio Neemiæ, & sacerdotum pro plebe sua à Gentibus oppressa.

II. Machab. I.

Domine Deus omnium creator terribilis et fortis, iustus et misericors, qui solus es bonus rex, solus præstans, solus iustus, et omnipotēs, et æternus, qui liberas Israël de omni malo, qui fecisti Patres electos, et sanctificasti eos: accipe sacrificiū pro vniuerso populo tuo Israël, et custodi partē tuam, et sanctifica. Congrega dispersionem nostram, libera eos qui seruiunt Gentibus, et contemptos et abominatos respice: vt sciant Gentes quia tu es

es Deus noster. Afflige opprimentes nos,
& contumeliam facientes in superbia.
Constitue populum tuum in loco sancto
tuo, sicut dixit Moyses. Amen.

Oratio Eleazari ad supplicium
ducti & iamiam morituri.

II. Machab. VI.

Domine qui habes sanctam scientiã,
manifeste tu scis quia cum à morte
possem liberari, duos corporis sustineo
dolores : secundum animam verò
propter timorem tuum
libenter hæc
patior.

SOLI DEO GLORIA.

f

ran
io
tam
n ea,
onis
ninc
dio,
de-
m
erri
ors,
fo-
ui li
i Pa
e fa-
l, et
gre-
qui
abo
a tu
es

GRATIARVM
 ACTIONES ET BE-
 nedictiones Pa-
 trum.

Canticum Moyſi, & filiorū Iſraēl,
 pro liberatione à Pharaone.

Exod. xv.



ANTEMVS Domino: glo-
 riosè enim magnificatus
 est, equum & ascēforem
 deiecit in mare.

Fortitudo mea, & laus mea

Dominus, & factus est mihi in salutē:
 iste Deus meus, & glorificabo eū, Deus
 Patris mei, & exaltabo eum.

Dominus quasi vir pugnator, omnipo-
 tens nomen eius.

Currus Pharaonis & exercitum eius pro-
 iecit in mare: electi principes eius sub-
 mergi sunt in Mari-rubro.

Abyssi operuerunt eos, descenderunt in
 profundum quasi lapis.

Dextera tua Domine magnificata est in
 fortitudine: dextera tua Domine per-
 cussit inimicum.

Et in

Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti
aduersarios meos : misisti iram tuam,
quæ deuorauit eos sicut stipulam.

Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt
aquæ: stetit vnda fluës, cōgregatæ sunt
abyssi in medio mari.

Dixit inimicus: Persequar, & comprehen-
dam, diuidam spolia, implebitur ani-
ma mea : euaginabo gladium meum,
interficiet eos manus mea.

Flauit Spiritus tuus, & operuit eos mare:
submersi sunt quasi plumbum in aquis
vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Domine?
quis similis tui, magnificus in sanctita-
te: terribilis, itaque laudabilis, faciens
mirabilia?

Extendisti manum tuam, & deuorauit
eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua populo,
quem redemisti : & portasti eum in
fortitudine tua, ad habitaculum san-
ctum tuum.

Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores
obtinuerunt habitatores Philisthiim.

Tunc cōturbati sunt principes Edom, ro-
bustos Moab obtinuit tremor: obrigue-
runt omnes habitatores Chanáam.

Irruat super eos formido & pavor: in ma-

gnitudine brachij tui fiant immobiles
quasi lapis, donec pertranseat populus
tuus Domine, donec pertranseat popu-
lus tuus iste quem possedisti.

Introduces eos, & plarabis in monte hæ-
reditatis tuæ, firmissimo habitaculo
tuo quod operatus es Domine: sanctua-
riū tuum Domine, quod firmauerunt
manus tuæ.

Dominus regnauit in æternum & ultra.
Ingressus est enim eques Pharao, cū cur-
ribus & equitibus eius in mare: & redu-
xit super eos Dominus aquas maris, fi-
lij autem Israël ambulauerūt per sic-
cum in medio eius.

Typus benedictionis filio- rum Israël.

Num. VI.

Sic benedicetis filiis Israël, & dicetis
eis: Benedicat tibi Dominus, & cu-
stodiat te. Ostendat Dominus faciem
suam tibi, & misereatur tui. Conuertat
Dominus vultum suum ad te, & det tibi
pacem. Inuocabuntque nomen meum sa-
cerdotes super filios Israël, & ego bene-
dicam eis.

Anna

Anna, vt Domino grata esset, pro
beneficiis sic Deo canit.

I. Regum II.

EXultauit cor meum in Domino, &
exaltatum est cornu meum in Deo
meo: dilatatum est os meum super ini-
micos meos: quia lætata sum in saluta-
ri tuo.

Non est sanctus vt est Dominus: neque
enim est alius extra te, & non est fortis
sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia, glo-
riantes: recedant vetera de ore vestro:
quia Deus scientiarum Dominus est, &
ipsi præparantur cogitationes.

Arcus fortiū superatus est, & infirmi ac-
cincti sunt robore.

Repleti prius, pro panibus se locauerunt:
& famelici, saturati sunt: donec sterilis
peperit plurimos: & quæ multos habe-
bat filios, infirmata est.

Dominus mortificat, & viuificat, deducit
ad inferos & reducit.

Dominus pauperem facit & ditat, humi-
liat & subleuat.

Suscitat de puluere egenū, & de stercore
eueuat pauperem, vt sedeat cum princi-
pibus, & folium gloriæ teneat.

Domini enim sunt cardines terræ, &
& posuit super eos orbem.

Pedes Sanctorum suorum seruabit, & im-
pij in tenebris conticescent: quia nō in
fortitudine sua roborabitur vir.

Dominum formidabunt aduersarij eius,
super ipsos in cælis tonabit, Dominus
iudicabit fines terræ, & dabit imperiū
regi suo, & sublimabit cornu CHRIS-
TI sui.

Pro beneficiis acceptis oratio

Dauid. II. Regum VII.

Domine Deus quis ego sum, & quæ
domus mea, quia adduxisti me
hucusque? Sed & hoc parum visum est
in conspectu tuo Domine Deus, nisi lo-
quereris etiam de domo serui tui in lon-
ginquum: ista est enim lex Adam, Do-
mine Deus. Quid ergo addere poterit
adhuc Dauid, vt loquatur ad te? tu enim
scis seruum tuum Domine Deus, Pro-
pter verbum tuum, & secundū cor tuum
fecisti omnia magnalia hæc, ita vt no-
tum faceres seruo tuo. Idcirco magni-
ficatus es Domine Deus, quia non est
similis tui, neque est Deus extra te, in
omnibus quæ audiuius auribus nostris.
Quæ est autem, vt populus tuus Israël.
gens

gens in terra propter quam iuit Deus vt redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen, faceretque eis magnalia, & horribilia super terram à facie populi tui, quem redimisti tibi ex Aegypto, gentem, & Deum eius. Firmasti enim tibi populum tuum Israël in populum sempiternum: & tu Domine Deus factus es eis in Deum. Nunc ergo Domine Deus verbum quod loquutus es super seruum tuum, & super domum eius, suscita in sempiternum: & fac sicut loquutus es, vt magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum, atque dicatur: Dominus Deus exercituum, Deus super Israël. Et domus serui tui David erit stabilita coram Domino, quia tu Domine exercituum Deus Israël reuelasti aurem serui tui, Dicens: Domum ædificabo tibi: Propterea inuenit seruus tuus cor suum vt oraret te oratione hac. Nunc ergo Domine Deus, tu es Deus & verba tua erunt vera: locutus es enim ad seruum tuum bona hæc. Incipe ergo, & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum coram te: quia tu Domine Deus loquutus es, & benedictione tua benedicetur Domus serui tui in sempiternum. Amen.

Carmen quod cecinit Dauid
Domino: in die qua liberauit
eum Dominus de manu ini-
micorum suorum.

II. Reg. XXII.

PEtra mea Dominus, & robur meum,
& saluator meus.

Deus Dominus fortis meus sperabo in
eū, scutum meum & cornu salutis meę:
elevator meus, & refugium meum: sal-
uator meus, de iniquitate liberabis
me.

Laudabilem inuocabo Dominum, & ab
inimicis meis saluus ero.

Quia circundederunt me contritiones
mortis: torrentes Belial terruerunt me.

Funes inferni circundederunt me: præ-
uenerunt me laquei mortis.

In tribulatione mea inuocabo Dominū,
& ad Deum meum clamabo: & exau-
diēt de templo sancto suo vocem meā,
& clamor meus veniet ad aures eius.

Commota est & contremuit terra, funda-
menta montium concussa sunt & con-
quassata, quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus de naribus eius, & ignis
de ore eius vorauit: carbones succensi
sunt ab eo.

Et incli

Et inclinavit cælos, & descendit: & caligo
sub pedibus eius.

Et ascendit super cherubin, & volavit: &
lapsus est super pennas venti.

Posuit tenebras in circuitu suo latibulū:
cribrans aquas de nubibus cælorum.

Præ fulgore in conspectu eius nubes, suc-
censi sunt carbones ignis.

Tonabit de cælo Dominus, & excelsus
dabit vocem suam.

Misit sagittas suas, & dissipavit eos: ful-
gur, & consumpsit eos. Et apparuerunt
effusiones maris, & reuelata sunt fun-
damēta orbis ab increpatione Domini
ab inspiratione spiritus furoris eius.

Misit de cælo, & assumpsit me, & extra-
xit me de aquis multis.

Liberavit me ab inimico meo potentissi-
mo, & ab his qui oderāt me: quoniam
robustiores me erant.

Præuenit me in die afflictionis meæ, &
factus est Dominus firmamentum
meum.

Et eduxit me in latitudinem: liberavit
me, quia complacui ei.

Retribuet mihi Dominus secundum iu-
stitiam meam, & secundum munditiā
manum mearum reddet mihi.

Quia custodiui vias Domini, & non egi

Impiè, à Deo meo.

Omnia enim iudicia eius in conspectu meo, & præcepta eius non amoui à me.

Et ero perfectus coram eo, & custodiam me ab iniquitate mea.

Et restituet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum munditiam manuum mearum, in conspectu oculorum suorum.

Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus.

Cum electo electus eris, & cum peruerso peruetéris.

Et populum pauperem saluum facies, oculisque tuis excelsos humiliabis.

Quia tu lucerna mea Domine, & tu Domine illuminabis tenebras meas.

In te enim curram accinctus, in Deo meo transiliam murum.

Deus, immaculata via eius, eloquium Domini igne examinatum: scutum est omnium sperantium in se.

Quis est Deus præter Dominum? & quis Deus fortis, præter Deum nostrum?

Deus qui accinxit me fortitudine, & complanauit perfectam viam meam.

Coæquans pedes meos cervis, & super excelsa mea statuens me,

Docens

Docens manus meas ad prælium, & componens quasi arcum æreum brachia mea.

Dedisti mihi clypeum salutis tuæ, & mansuetudo tua multiplicavit me.

Dilatabis gressus meos subtus me, & nõ deficient tali mei.

Persequar inimicos meos, & conteram, & non reuertar donec consumam eos.

Consumam eos & confringam, vt non consurgant: cadent sub pedibus meis.

Accinxisti me fortitudine ad prælium, incuruasti resistentes mihi subtus me.

Inimicos meos dedisti mihi dorsum odientes me, & disperdam eos.

Clamabunt, & non erit qui saluet, ad Dominum, & non exaudiet eos.

Delebo eos vt puluerem terræ, quasi lutum platearum comminuam eos, atq; confringam.

Saluabis me à contradictionibus populi mei: **ME IN CAPVT GENTIVM**: populus quem ignoro, seruiet mihi.

Filij alieni resistent mihi, auditu auris obediunt mihi.

Filij alieni defluerunt, & contrahentur in angustiis suis.

Viuit

Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltabitur Deus fortis salutis meæ.

Deus qui das vindictas mihi, & deiicis populos sub me.

Qui educis me ab inimicis meis, & à resistentibus mihi eleuas me: à viro iniquo liberabis me.

Propterea confitebor tibi Domine in Gētibus, & nomini tuo cantabo.

Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiam Christo suo David, & semini eius in sempiternum. Amen.

Benedictio Tobiaë senioris: qua benedixit Dominum in fine vitæ suæ. Tob. XIII.

Magnus es Domine in eternum, et in omnia secula regnum tuum: quoniam tu flagellas, et saluas: deducis ad inferos, & reducis: & non est qui effugiat manum tuam. Confitemini Domino filij Israel, et in conspectu gentium laudate eum: quoniam ideò dispersit vos inter Gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, et faciatis scire eos quia non est alius Deus omnipotens, præter eū. Ipse castigauit nos propter iniquita

quitates nostras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam. Aspiciate ergo quae fecit nobiscum, & cum timore & tremore confitemini illi: regemque seculorum exaltate in operibus vestris. Ego autem in terra captiuitatis meae confitebor illi: quoniam ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem. Conuertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram Deo, credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam. Ego autem, & anima mea in eo laetabimur. Benedicite Dominum omnes electi eius: agite dies laetitiae, & confitemini illi. Anima mea benedic Dominum. Amen.

Gratiarum actio, & Canticum
Iudith pro victoria, & patriae liberatione ab hostibus.
Iudith XVI.

Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi psalmum nouum, exultate & inuocate nomen eius.

Dominus conterens, bella, Dominus nomen est illi.

Qui posuit castra sua in medio populi sui vt eriperet nos de manu omnium inimicorum

inimicorum nostrorum.

Venit Assur ex montibus ab aquilone in
multitudine fortitudinis sue: cuius mul-
tudo obturauit torrentes, et equi eo-
rum cooperuerunt valles.

Dixit se incensurum fines meos, et iuue-
nes meos occisurum gladio, infantes
meos dare in prædam, et virgines in
captiuitatem.

Dominus autem omnipotens nocuit eum,
& tradidit eum in manus fœminæ, et
confodit eum.

Non enim cecidit potens eorum à iuue-
nibus, nec filij Titam percusserunt eum,
nec excelsi Gigantes opposuerunt se il-
li, sed Iudith filia Merari in specie fa-
ciei suæ dissoluit eum.

Hymnum cantemus Domino, hymnum
nouum cantemus Deo nostro.

Adonai Domine magnus es tu, & præcla-
rus in virtute tua, & quem superare ne-
mo potest.

Tibi seruiat omnis creatura tua: quia di-
xisti, & facta sunt: misisti spiritum tuum,
& creata sunt, & non est qui resistat vo-
luntati tuæ.

Montes à fundamentis mouebuntur cum
aquis, petrae sicut cera liquefcent ante
faciem tuam.

Qui

Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.

Væ genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos.

Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum. Amen.

Benedictio Seraphim.

Esaiaë v i.

SAnctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.

Gratiarum actio.

Esaiaë x x v.

TV es Deus meus Domine, & exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles. Amen.

Alia eiusdem. Esaiaë x x v.

Domine, dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.

Domini

Domine Deus noster, possederunt nos
Domini absque te tantum in te recorde-
mur nominis tui. Amen.

Benedictio, simulatque admira-
tio mirabilium consiliorum
Dei. Ierem. xxxii.

Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce tu
fecisti caelum & terram in fortitudi-
ne tua magna, & in brachio tuo exten-
to: non erit tibi difficile omne verbum.
Qui facis misericordiam in millibus, et
reddis iniquitatem patrum in sinum filio-
rum eorum post eos fortissime, magne
et potens, Dominus exercituum nomen
tibi. Magnus consilio, et incomprehen-
sibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt
super omnes vias filiorum Adam: vt red-
das vnicuique secundum fructum adin-
ventionum eius. Qui posuisti signa et por-
tenta in Terra-Aegypti vsque ad diem
hanc, et in Israël, et in hominibus: et feci-
sti tibi nomen sicut est dies hæc. Et edu-
xisti populum tuum Israël de Terra-Ae-
gypti, in signis, et in portentis, et in manu
robusta, et in brachio extento, et in ter-
rore magno. Et dedisti eis terram hanc,
quam iurasti patribus eorū vt dares eis,
terram fluētē lacte et melle. Et ingressi
sunt

sunt, & possederunt eam: & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ tu mandasti eis vt facerent non fecerunt: & euenerunt eis omnia mala hæc. Ecce munitiones extructæ sunt aduersum ciuitatem, vt capiatur: & vrbs data est in manus Chaldeorum, & in manus regis Babylonis, qui præliantur aduersus eam à facie gladij, & famis, & pestilentia: & quæcunq; locutus es, acciderunt, vt tu ipse cernis.

Canticum, & gratiarum actio
Mariæ virginis. Luc. I.

Magnificat anima mea Dominum.
Et exultauit spiritus meus in Deo
seruatore meo,
Quia respexit ad humilitatem ancillæ
sue, ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potes est,
& sanctum nomen eius.
Et misericordia eius in progeniem & pro
geniem, timentibus ipsum.
Præstitit robur per brachium suum, di
persit superbos cogitatione cordis ip
sorum.
Detraxit potentes de sedibus, & euexit

nos
rde-
ira
um
I I.
e tu
tudi
ten-
um.
, et
filio
gne
nen
en-
unt
red-
lin-
por
iem
eci-
du-
Ac-
anu
ter-
nc,
eis,
essi
nt

humiles,
 Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes,
 Suscepit Israël puerum suum, vt memor esset misericordiæ:
 Sicut locutus est ad patres nostros, ipsi Abraham & semini eius in æuum.

Prophetia & gratiarum actio
 Zachariæ. Luc. 1.

Laudandus Dominus Deus Israël,
 quia visitauit & fecit redemptionem populo suo.
 Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui.
 Sicut locutus est per os Sanctorum, qui à seculo fuerunt: prophetarum suorum:
 Fore vt seruaremur ab inimicis nostris:
 & de manu omnium qui oderunt nos.
 Vt vteretur misericordia erga patres nostros, ac memor esset testamenti sui sancti.
 Præstaretque iusurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: ac daret nobis, vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiremus ipsi cum sanctitate & iustitia coram ipso, cunctis diebus vitæ nostræ.

Et tu

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis,
præibis enim ante faciem Domini, ad
parandum vias eius.

Ad dandum scientiam salutis populo ip-
sius per remissionem peccatorum eius.

Per viscera misericordiae Dei nostri, qui-
bus visitavit nos Oriens ex alto.

Vt illucesceret his, qui in tenebris & um-
bra mortis sedebant, ad dirigendos pe-
des nostros in viam pacis.

Laudes Angelorum Chri-
sto nato.

Lucæ II.

GLoria in altissimis Deo, ac in terra
pax, hominibus bona voluntas.

Gratiarum actio Si-
meonis.

Lucæ II.

NVnc dimittis seruum tuum Domi-
ne, secundum verbum tuum in
pace:

Quia viderunt oculi mei salutare tuum,
quod parasti ante faciem omnium po-
pulorum:

Lumen ad reuelationem Gentium, & glo-
riam plebis tuae Israël.

buA

Gratiarum actio Pauli pro con-
uersione sua ad Christum.

I. Tim. I.

REgi autem seculorum immortalis,
inuisibili, soli sapienti Deo honor,
& gloria, in secula seculorum. Amen.

Canticum vigintiquatuor Se-
niorum. Apoc. v.

Dignus es accipere librum, & aperire
signacula eius: quoniam occisus es,
& redemisti nos per sanguinem tuum ex
omni tribu, & lingua, & populo, & natio-
ne & fecisti nos Deo nostro reges, & sacer-
dotes, & regnabimus super terram.

Aliud quatuor anima-
lium. Ibidem,

Dignus est agnus qui occisus est, acci-
pere virtutem & diuitias, & sapien-
tiam, & fortitudinem, & honorem, & glo-
riam, & benedictionem, & omnem crea-
turam, quæ in cælo est, & quæ super ter-
ram, & quæ sub terra, & in mari, & quæ in
eis sunt omnia.

Aliud ad idem. Ibidem.

Sedenti in throno & agno, benedi-
ctio, & honor, & gloria, & potestas in
secula seculorum. Amen.

Aliud

Aliud Angelorum.

Apoc. VII.

Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum. Amen.

Aliud vigintiquatuor Seniorum.

Apoc. XI.

Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et iratae sunt gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum ut iudicentur: & reddas mercedem seruis tuis prophetis & sanctis, et timentibus nomen tuum pusillis et magnis, et perdas eos qui perdunt terram. Amen.

Aliud victorum Bestiae.

Apoc. XV.

Magna et mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: iustae et verae sunt viae tuae rex Sanctorum. Quis non timebit Domine, et magnificabit nomen tuum? Quia solus pius es: quoniam omnes gentes venient, et adorabunt in conspectu tuo: quoniam iudicia tua manifesta sunt.

Benedictio populi per regem
Salomonem.

III. Reg. VIII.

Benedictus Dominus qui dedit requiē
populo suo Israēl, iuxta omnia quę lo-
cutus est: non cecidit ne vnus quidem ser-
mo ex omnibus bonis quę locutus est per
Moysen seruum suū. Sit Dominus Deus
noster nobiscum, sicut fuit cum patribus
nostris, non derelinquens nos, neque pro-
iiciens. Sed inclinet corda nostra ad se, vt
ambulemus in vniuersis viis eius, et custo-
diamus mādata eius, et cæremonias eius,
et iudicia quęcunque mandauit patribus
nostris. Et sint sermones mei isti, quibus
deprecatus sum corā Domino, appropin-
quātes Domino Deo nostro die ac nocte,
vt faciat iudiciū seruo suo, et populo suo
Israēl per singulos dies: vt sciāt omnes po-
puli terrę quia Dominus ipse est Deus, et
non est vltra absque eo. Sit quoq; cor no-
strum perfectum cum Domino Deo no-
stro, vt ambulemus in decretis eius, et cu-
stodiamus mandata eius, sicut et hodie.

Benedictiones & laudes Sancto-
rum Ambrosij & Augustini.

TE Deum laudamus: Te Dominum
confitemur.

ε 2

Te ater

Te æternum Patrem omnis terra véné-
 ratur.
 Tibi omnes angeli : tibi cæli et vniuersæ
 potestates:
 Tibi cherubim et seraphim incessabili
 voce proclamant: Sanctus, Sanctus, San-
 ctus, Dominus Deus zabaoth.
 Pleni sunt cæli et terra maiestatis gloriæ
 tuæ.
 Te gloriosus apostolorum chorus.
 Te prophetarum laudabilis numerus.
 Te martyrū candidatus laudat exercitus.
 Te per orbem terrarum sancta confitetur
 ecclesia,
 Patrem immensæ maiestatis.
 Venerandū tuum verū , et vnicū Filium.
 Sanctum quoque paracletum spiritum.
 Tu rex gloriæ Christe.
 Tu patris sempiternus es filius.
 Tu ad liberādum suscepturus hominem,
 non horruisti virginis vterum.
 Tu deuicto mortis aculeo , aperuisti cre-
 dentibus regna cælorum:
 Tu ad dexteram Dei sedes , in gloria pa-
 tris.
 Iudex crederis esse venturus.
 Te ergo quæsumus famulis tuis subueni,
 quos pretioso sanguine redemisti.
 Aeterna fac cum sanctis tuis in gloria nu-



merari.

Saluum fac populum tuum Domine, et
benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, et extolle illos vsque in æter-
num.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in seculum, et
in seculum seculi.

Dignare Domine die isto sine peccato
nos custodire.

Miserere nostri Domine, miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos,
quemadmodum sperauimus in te.

In te Domine speraui, non confundar in
æternum. Amen.

SOLI DEO GLORIA.

Ora

ORATIONES,
 PRO SUBSIDIIS
 vitæ, sapientia, humilitate,
 ac cæteris donis
 naturalibus.

Votum Iacob pro subsidiis vitæ.



SI fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur, Domus-Dei: cunctorumque, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Amen.

Vt à Deo impetraret prolem, sic orauit Anna. 1. Reg. 1.

EXercituum Domine, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque seruæ tuæ sexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius. Amen.

Oratio Salomonis pro sapientia
ad populum rectè gubernandū,
omnibus quotidie principibus
in potestate constitutis pro-
nuntianda.

III. Regum III.

TV fecisti Domine cum seruo tuo Da-
uid patre meo misericordiam ma-
gnam, sicut ambulauit in conspectu tuo
in veritate & iustitia, & recto corde tecū:
custodisti ei misericordiam tuam gran-
dem, & dedisti ei filium sedentem super
thronum eius, sicut est hodie, Et nunc Do-
mine Deus, tu regnare fecisti seruum tuū
pro Dauid patre meo: ego autem sum
puer paruulus, & ignorās egressum & in-
troitum meum. Et seruus tuus in medio
est populi quem elegisti, populi infiniti,
qui numerari & supputari non potest præ
multitudine. Dabis ergo seruo tuo cor do-
cile, vt populum tuum iudicare possit, &
discernere inter bonum & malum,
quis enim poterit iudicare po-
pulum istum, populum
tuum hunc mul-
tum.

Pro

Pro vitæ competentia, ora-
tio Salomonis.

Prouer. xxx.

DVo rogavi te, ne deneges mihi an-
tequam moriar, Vanitatem, & ver-
ba mendacia longè fac à me. Mendicita-
tem, & diuitias ne dederis mihi: tribue
tantum victui meo necessaria: ne fortè
fatiatus illiciar ad negandum, & dicam:
Quis est Dominus? aut egestate com-
pulsus furer, & periurem nomen Dei
mei. Amen.

Oratio pro impetranda sa-
pientia. Sapient. ix.

DEus patrum meorum, & Domine
misericordiæ, qui fecisti omnia ver-
bo tuo, & sapientia tua constituisti ho-
minem, vt dominaretur creaturæ quæ à
te facta est, vt disponat orbem terrarum
in æquitate & iustitia, & in directione
cordis iudicium iudicet: da mihi sedium
tuarum asistricem sapientiam, & noli
me reprobare à pueris tuis: quoniam ser-
uus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ,
homo infirmus, & exigui temporis, &
minor ad intellectum iudicij & legum.
Et si quis erit cōsummatus inter filios ho-
minum, si ab illo abfuerit sapientia tua;
in

in nihilum computabitur. Mitte illam de
cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis
tuæ, vt mecum sit & mecum laboret, &
sciam quid acceptū sit apud te: seit enim
illa omnia, & intelligit, & deducet me
in operibus meis sobriè: & custodiet me
in sua potentia. Et erunt accepta opera.
Amen.

Oratio pro humilitate, & im-
petranda castimonia.

Eccles. XXXIII.

Domine pater, & dominator vitæ
meæ, extollētiam oculorū meorum
ne dederis mihi, & omne desyderium pra-
uum auerte à me. Aufer à me ventris con-
cupiscentias, & concubitus concupiscen-
tiæ ne apprehendant me, & animæ irreue-
renti & effronti ne tradas me. Amen.

Oratio Iesu filij Sirach in neces-
sitate, & pro sapientia.

Eccles. VLT.

Confitebor tibi Domine rex, & col-
laudabo te Deum saluatorē meum.
Cōfitebor nomini tuo: quoniā adiutor &
protector factus es mihi, & liberaſti cor-
pus meum à perditione, à laqueo linguæ
iniquæ, & à labiis operantium mendaciū,
& in conspectu astantium factus es mihi
adiut

adiutor. Et liberaſti me ſecundū multitu-
 dinē miſericordiæ nominis tui à rugien-
 tibus præparatis ad eſcam, de manibus
 quærentium animam meam, & de portis
 tribulationum, quæ circundederut me : à
 preſſura flammæ, quæ circundedit me, &
 in medio ignis, non ſum æſtuatus. De alti-
 tudine vètris inferi, & à lingua coinquina-
 ta, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à
 lingua iniuſta. Laudabit vſque ad mortē
 anima mea Dominum, & vita mea appro-
 pinquās erat in inferno deorſum. Circun-
 dederunt me vndique, & non erat qui ad-
 iuaret. Reſpiciens eram ad adiutorium
 hominum, & non erat. Memoratus ſum
 miſericordię tuę Domine, & cooperatio-
 nis tuæ quæ à ſeculo ſunt, quoniam eruis
 ſuſtinentes te Domine, & liberas eos de
 manibus gētium. Exaltaſti ſuper terram
 habitatiōē meam, & pro morte deſtuen-
 te deprecatus ſum. Inuocaui Dominum
 patrem Domini mei, vt non derelinquat
 me in die tribulationis meæ, & in tempo-
 re ſuperborū ſine adiutorio. Laudabo no-
 men tuum aſſiduè, & collaudabo illud in
 confeſſione, & exaudita eſt oratio mea.
 Et liberaſti me de perditione, & eripu-
 iſti me de tempore iniquo. Propterea confi-
 tebor, & laudē dicam tibi, & benedicam
 nomi

nomini Domini. Cùm adhuc iunior sum, prius quàm oberrarem, quæsiui sapientiam palàm in oratione mea. Ante tempus postulabam pro illa: & vsque in nouissimis inquiram eam, & florebit tanquam præcox vua. Lætatum est cor meum in ea, ambulauit pes meus iter re-ctum, à iuuentute mea inuestigabam eam. Inclinaui modicè aurem meam, & exce-pi illam. Multam inueni in meipso sa-pientiam, & multum profeci in ea. Dan-ti mihi sapientiam, dabo gloriam. Con-ciliatus sum enim vt facerem illam: ze-latus sum bonum, & non confundar. Col-luctata est anima mea in illa, & in facien-do eam confirmatus sum. Manus meas extendi in altum, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas il-luminauit. Animam meam direxi ad il-lam, & in agnitione inueni eam. Possedi cum ipsa cor ab initio: propter hoc non derelinquar. Venter meus conturbatus est quærendo illam: propterea bonam possidebo possessionem. Dedit enim mi-hi Dominus linguam mercedem meam, & in ipsa laudabo eum. Appropiate ad me indocti, & congregate vos in do-mum disciplinæ. quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animæ vestræ si-
tiunt

tiunt vehementer. Aperui os meum, & lo-
quutus sum. Comparete vobis sine ar-
gento sapientiam, & collū vestrum sub-
iicite iugo, & suscipiat anima vestra di-
sciplinam: in proximo est enim inuenire
eam. Videte oculis vestris quia modicum
laboravi, & inueni mihi multā requiem.
Assumite disciplinam in multo numero
argenti, & copiosum aurum possidete in
ea. Latetur anima vestra in misericordia
eius, & non cōfundemini in laude ipsius.
Operamini opus vestrum ante tempus,
& dabit vobis mercedem vestram in tem-
pore suo.

Oratio Habacuch propheta
pro ignorantibus.

Habac. III.

AVdiui auditionem tuam Domine, &
timui: Domine opus tuum in me-
dio annorum, viuifica illud: in medio
annorum notum facies: cū iratus fue-
ris misericordiæ recordaberis.

Ego autem in Domino gaudebo, & exul-
tabo in Deo Iesu meo.

Deus Dominus fortitudo mea, & ponet
pedes meos quasi ceruorum: & super
excelsa mea deducet me victor, in psal-
mis canentem.

Orat

Oratio Domini Iesu, quam docuit discipulos suos.

Matth. VI.

Pater noster qui es in cælis sanctificetur nomen tuum. Veniat regnum tuum: fiat voluntas tua, quemadmodum in cælo, sic etiam in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Et ne inducas nos in tentationem, sed libera nos à Malo, quia tuum est regnum, & potentia, & gloria, in secula seculorum. Amen.

Oratio Ecclesiæ fidelium, ad verbum Dei cum fiducia loquendum. Actu. IIII.

Domine, tu es Deus, qui fecisti cælum ac terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, qui per os David pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim verè aduersus sanctum filium tuum Iesum, quem vnxeras, Herodes simul & Pontius Pilatus cum gentibus & populis

populis Israël, ad faciendum quæcunque manus tua, & consilium tuum prius decreuerat vt fieret. Et nunc Domine aspice in minas eorum: & da seruis tuis, vt cum omni fiducia loquatur sermonem tuum: manum tuam porrigedo in hoc, vt sanatio, & signa, & prodigia edantur per nomen sanctum filij tui Iesu. Amen.

Oratio Christi ad patrem, pro suis qui illi fidunt & credunt.

Ioan. xvii.

Pater, venit hora, glorifica filiū tuum, vt & filius tuus glorificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt quotquot dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscāt te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te glorificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt facerem. Et nunc glorifica me tu pater, apud te metipsum gloria, quam habui, prius quàm hic mūdus esset apud te. Manifestaui nomen tuū hominibus, quos dedisti mihi de mūdo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonē tuum seruauerūt. Nunc cognouerunt, quòd omnia quæcūque dedisti mihi, abs te sunt. Quia ver-

h

ba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acce-
 perunt & cognouerunt verè, quòd à te
 exiui: & crediderunt quòd tu me misisti.
 Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo,
 sed pro iis quos dedisti mihi, quia tui
 sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea
 sunt, & glorificatus sum in eis. Et iam nō
 sum in mūdo, & hi in mundo sunt, & ego
 ad te venio. Pater sancte, serua eos per no-
 men tuum, quos dedisti mihi, vt sint vnū
 sicut & nos. Cū essem cum eis in mun-
 do, ego seruabā eos in nomine tuo. Quos
 dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex
 eis periit, nisi filius ille perditus, vt Scri-
 ptura compleretur. Nunc autem ad te ve-
 nio, & hæc loquor in mundo, vt habeant
 gaudium meum impletum in semetipsis.
 Ego tradidi eis sermonem tuum, & mun-
 dus eos odio habuit: quia non sunt de
 mundo, sicut & ego non sum de mundo.
 Non rogo vt tollas eos è mundo, sed vt
 serues eos à Malo. De mundo non sunt,
 sicut & ego non sum de mundo. Sancti-
 fica eos per veritatem tuam. Sermo tuus
 veritas est. Sicut tu me misisti in mun-
 dum, ita & ego misi eos in mundum: &
 pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint &
 ipsi sanctificati per veritatem. Non pro
 eis autē rogo tantū, sed & pro iis, qui
 credit

credituri sunt per sermonem eorum in
 me : vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in
 me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum
 sint, vt credat mundus quòd tu me mise-
 ris: & ego gloriam quàm dedisti mihi, de-
 di eis, vt sint vnum sicut & nos vnum su-
 mus, ego in eis, & tu in me, vt sint con-
 summati in vnum: & vt cognoscat mun-
 dus, quòd tu me misisti, & dilexisti eos, si-
 cut & me dilexisti. Pater quos dedisti mi-
 hi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecū,
 vt videant gloriam meam, quam dedisti
 mihi, quia dilexisti me ante conditum
 mundum. Pater iuste, & mundus te non
 cognouit, ego autem te cognoui, & ii co-
 gnouerunt quòd tu me miseris. Et

notū feci eis nomen tuum, & no-

rum faciam, vt dilectio qua

dilexisti me, in ipsis

fit, & ego in

ipsis.

SOLI DEO GLORIA.

h 2

PSALMI ALI-
QVOT ELECTIO-

res, quotidianæ oratio-
ni ad Deum ma-
gis idonei.

Vt eruamur ab impiis, ne perea-
mus cū eis, qui nituntur om-
nibus modis à via veritatis
impios abducere: & vt boni
quiq; æterna protectione cir-
cudentur, Oratio David.

PSALMVS V.



V **A**UDI verba mea Domine,
intellige cogitationem
meam.

Attende voci clamoris mei
ô rex & Deus meus, quo-
niam tibi supplicabo.

Tempestiuè exaudi vocem meam Domi-
ne, tempestiuè enim adcomodabo me
tibi, & contemplabor.

Nam tu es Deus, cui non placet impietas,
cui non cohabitatur malignus.

Non constant coram oculis tui violenti
odio

odio habes omnes qui operantur scelus.
Perdis mendaces, sanguinarios, & fraudu-
lentos abominaberis Domine.

Ego autem fretus multitudine bonitatis
tuæ, venio ad ædem tuã, adoro in tem-
plo sancto tuo religiosè te metuens.

Duc me Domine tua iustitia propter ad-
uersarios meos, & para coram me viã
tuam.

Quoniam in ore eorum non est rectum,
intus corrupti sunt, guttur eorũ sepul-
chrum patens est, lingua verò sua blan-
diuntur.

Damna eos, ò Deus, cadant cõsiliis suis,
pro multitudine scelerum ipsorum eli-
mina eos, quoniam prodiderunt te.

Contrà verò latentur omnes, qui sperant
in te, in æternum exultent, te illos pro-
tegente: exultēt in te omnes qui colunt
nomen tuum.

Quia tu Domine prosequeris iustum, &
gratia tua velut scuto tueris eum.

Vt furorem Dei deprecemur, mi-
sericordiam verò impetremus,
quòd infirmiores sumus, quàm
qui manum Dei possimus effu-
gere, sic orandum cum David,

P S A L. VI.

Domine; ne, quæso, in ira tua arguas
me, & in furore tuo ne corripias
me.

Miserere mei Domine, quoniã æger sum
ego: sana me Domine, quoniam totus
despero.

Nam & anima mea vehementer tentatur:
tu verò Domine quousque cessas?

Redi Domine, vt liberet animam meam:
& per tuam bonitatem saluum fac
me.

Inter damnatos enim non est qui tui me-
minerit: apud inferos quis putas te ce-
lebrat?

Laboro gemens, per lectum meum
omni nocte, & stratum meum lachry-
mis liquefacio.

Periit mihi per mœrorem oculorum
acies: emarcui inter tot hostes meos.

At nunc recederis à me ô scelerati omnes:
Dominus enim exaudiuit vocẽ fletus
mei.

Dominus exaudiuit me supplicem: Do-
minus orationem meam accepit.

Erubescunt ac mutabuntur vehementer
omnes inimici mei, mutabuntur & eru-
bescent subito.

Pro

Pro falsa intentata calumnia ab
inimico & ultore, exercitatio,
vel ignorantia David, quam ce-
cinit Domino super verbis filij
Iemini.

P S A L. VII.

Domine Deus meus in te spero, salua
me de omnibus qui me persequū
tur, & libera me.

Ne rapiant ac disperant me tanquam leo,
nemo enim est qui me adferat.

Domine Deus meus si feci hanc rem, si
hæc in me culpa deprehenditur.

Si damnum mihi dantibus, reddidi: si ho-
stem meum temerè spoliaui.

Iam persequatur me hostis & compræ-
hendat ac me viuum humi conculcet:
gloriam verò meam in lutum defigat.

Exurge & vehere Domine cum ira & in-
dignatione tua in aduersarios meos, &
præsta, quam promisisti, vindictam.

Vt te concio populorum circundet: huius
tu gratia iterum exaltare.

O Domine populorum vindex, vindica
me iuxta innocentiam, & integritatem
meam.

Cesset, obsecro, malignitas impiorum, iu-

stum autem fulcias, ô cui corda & re-
nes perspecti sunt, Deus iuste.

Securitatem meam Deo acceptam fero,
qui seruat rectos corde.

Deus vindex iustus est: Deus omni tem-
pore comminatur.

Si non redimus, gladium suum vibrat, ar-
cum intendit ac instruit.

Adcommodat sibi arma ad interficien-
dum, sagittas suas, vt incendant, infi-
cit.

En iste monstrum parturit, ærumna enim
concepit, & pariet mendacium.

Lacum incidit & effodit, sed incidet in
foueam quam fecit.

Recidet enim ærumna in caput eius, &
scelus in verticem eius descendet.

Gratias ago Domino pro eius iustitia, &
canam nomen Domini altissimi.

Sanctificatio pro misericordia
Dei in tentatione & aduersi-
tatibus exhibita, próque ad-
uersariorum mirabili & auer-
sione, & destructione.

P S A L. I X.

CAnã te Domine ex toto corde meo,
& celebrabo res tuas admirabi-
les.

Lata

Letabor & exultabo in te, vehendo nomen tuum altissimè.

Eò quòd inimicus meus retrò abiit, corruit, ac periit virtute tua.

Tu enim vindicasti me, & iudiciū meū perfecisti: throno denique imposuisti, ò iudex iuste.

Tu compescis Gentes, perdis impios, & nomen eorum deles in perpetuum.

Hostile ferrum prorsus tollis, vrbes excindis, vt nomen earum cum ipsis intercidat.

Dominus autem in æternum tenet imperium, qui solium suum ad æquitatis custodiam parauit.

Hic orbem iustitia temperat, & per æquitatem populus ius reddit.

Asylum est Dominus pauperi, & refugiū in articulo angustia.

Hinc est vt in te sperent, quibus notum est nomen tuum: tu enim non deseris, qui te quærunt, Domine.

Canite Dominum qui Zion habitat: memorate inter populos consilia eius.

Quoniam sanguinis oppressorum memor, inquit in eum: neque præterit clamorem eorum.

Misereris Domine, & intentus es in afflictionem quæ mihi ab inimicis meis ir-

rogatur, & de potestate mortis adferis
me.

Ut exponam omnē laudem tuā in Zion,
& exultem in salute tua.

Cum contra, gentes in interitum mergan-
tur quem parauerunt, & pes eorum re-
ti, quod tetenderunt, capiatur.

Notum facit Dominus iudicium suum,
cum in ipso opere suo comprehendi-
tur peccator.

Abeunt ad inferos impij, & omnes gentes
quæ Dei obliuiscuntur.

Pauperis autem nulla prorsus fiet obli-
uio, & afflictorum expectatio nunquā
frustabitur.

Exurge Domine, vt nō inuale scat homo,
iudicentur gentes coram te.

Ingere eis pauorem, vt agnoscant sese ho-
mines esse.

Suspiratio, & lamentum ad Deum,
dum superbit Antichristus, &
Sanctos Dei occidit, Euāgelion
persequitur, & explodit.

P S A L. X.

Q Vī ergo nunc fit, ō Domine, vt lon-
gissimè absis, vt lateas in angu-
stia tempore?

Humilis perit insolentia impiorum, ō si
com

comprehendantur in coniurationibus
 quas cogitant:
 Glorietur impius cum animi sui cupidita-
 tes impleuit, laudatur prædo, quiq; Do-
 minum blaphemat.
 Impius pro fastu animi sui, istud nullius
 reputat: non enim aduocat Deum in
 omnibus sceleratis consiliis suis.
 Prophanæ sunt viæ eius omnes omni
 tempore, sublata sunt è conspectu eius
 iudicia tua, omnes hostes suos contem-
 nit.
 Sic enim apud se constituit: Non mutabo
 vllum tempus, quod non cum malitia
 traducam.
 Execratione plenum est os eius, fraude ac
 dolo: sub lingua eius labor sedet, ac
 dolor.
 Versatur foris circum cortes ad infidian-
 dum vt clam trucidet insontem, oculi
 eius in prætereuntes intenti sunt.
 Infidiatur è latibulo, tanquam leo è cubi-
 li suo: infidiatur vt spoliet destitutum,
 vt spoliet attrahendo eum nassa sua.
 Concurrit, humiliat, ac dericit violentia
 sua prætereuntes.
 Si enim secum putat, Ignorat Deus: auer-
 tit enim faciem suam, vt prorsus non
 videat.

Ex

Exurge igitur Domine Deus, extende manum tuam, & ne obliuiscaris eorum qui oppressi sunt.

Cur enim contemnat impius Deum, & in corde suo dicat, quod nihil cures?

Videas igitur, tu enim es qui laborem, & dolorem consideras, vt in manum tuam tradantur.

Tibi derelictus est humilis ac imprudens: pupillo tu fers auxilium.

Contere fortitudinem impij & maligni, vt simul cum impietate sua pereant.

Dominus in perpetuum rex permanet, at omnes Gentes à terra pereunt.

Desyderium adffictorum exaudi Domine: præbe aurem tuam pectori eorum.

Vindica pupillum & humilem, ne mortalis homo posthac vim audeat inferre.

Ne inuoluamur cæcitate impiorum, & in æternum pereamus.

P S A L. XIII.

Quouſque obliuifceris mei Domine, an ne in perpetuum? quouſq; abſcondes vultum tuum à me?

Quouſque volutabo conſilia in animo meo, quanto tempore exercebit labor cor meum? quouſque exaltabitur hoſtis ſuper me?

Con

Contemplare & auxiliare, Domine Deus:
 illustra oculos meos, ne morte obdor-
 miam.

Neque dicat hostis meus: Superior illo fa-
 ctus sum: ne, si loco mouear, exultent,
 qui mihi infensi sunt.

Ego enim tua bonitate nitor, gestit cor
 meum ad salutis tuæ aduentum, vt tibi
 canam cum eam mihi largitus eris.

Ne pater cælestis permittat nos
 succumbere potētibus aduer-
 sariis, tamque ferociter perse-
 quentibus, qui omnibus rebus
 & voluptatibus mundi abun-
 dant, sic orare possumus cum
 Propheta in persona Christi
 orantis.

P S A L. X V I I.

EXaudi Domine innocentiam meam,
 attende clamori meo, ausculta ora-
 tionem meam de labiis minimè dolosis
 prodeunti.

Iudicium meum à te prodeat: oculi tui cō-
 templentur æquitatem.

Proba cor meum, explora nocte, incende
 me, & nihil inuenies: statui enim ne ver-
 bo quidem transgredi.

Ab



Ab operibus hominum, & à peruersorum
itineribus ego tempero, propter ver-
bum labiorum tuorum.

Serua gressus meos intra orbitas tuas, ne
in transfuersum abeant vestigia mea.

Equidem clamo ad te vt succurras, ò Deus
præbe aurem tuam mihi, & audi verba
mea.

Destina bonitatem tuam, tu qui dextera
tua seruas ab insurgentibus, fidentes.

Custodi me, sicut oculi pupilla custodi-
tur: sub vmbra alarum tuarum abscon-
de me.

Ab impiis, qui me adfligunt, ab hostibus
meis, quia animam meam circunual-
lant.

Qui opibus suis obruunt, & ore suo super-
bè intonant.

Itinera nostra obsident, & oculos suos ad
terram vertunt.

Similes sunt leoni prædæ auido, iuveni
leoni qui ex occulto infidiatur.

Surge Domine, occupa, & supinum sterne
eum, & redime gladio tuo animam
meam ab impio.

Manu tua Domine à mortalibus, à morta-
libus huius seculi, qui in hac vita parte
sua fruuntur: tu enim de penu tuo im-
ples vètrem eorum, vt cum filiis saturi
fiant

fiant, deinde reliquias quoque infantibus suis mittant.
 Ego autem cum innocentia comparebo coram te, & satiabor cum adparebit gloria tua.

Cum multa ad Deum fiducia cordis oratio pro peccatis, & largitione Spiritus sancti sui: quia non possibile est vt Deus non exaudiat, secundum Christi in Euangelio promissionem.

P S A L. XXV.

AD te o Domine, mentem meam eleuo.

In te o Deus meus, confido, non erubescam, obsecro, neque insultent mihi hostes mei.

Omnes enim qui in te fidunt non pudefiunt, sed pudefiunt vani prauaricatores.

Vias tuas, Domine, ostende mihi, & semitas tuas doce me.

Induc, & doceme veritatem tuam, quoniam tu es Deus, & salus mea, in te spero omni tempore.

Memor sis misericordiae, & bonitatis tuae, quibus

um
er-
ne
eus
ba
era
s.
di-
on
ous
al-
per
ad
eni
ne
am
ul
rta
rte
m-
uri
ant



quibus ab æterno vteris.

At scelerum ac delictorū iuuentutis meæ
ne sis memor, sed pro tua benignita-
te memento mei, & pro bonitate tua
Domine.

Bonus & æquus est Dominus, ideo redu-
cit peccatores in viam.

Ducit humiles quomodo oportet cum iu-
dicio, & afflictos docet viam suam.

Omnes viæ Domini sunt gratia & fides,
his qui seruant testamentum, & fœdus
eius.

Propter nomen tuum Domine propi-
tius sis peccato meo, Domine quia ma-
gnum est.

Quisquis Dominum timet, eum dirigit
in via quæ sibi est grata.

Anima eius bonis fruitur, & posteritas
eius terram possidebit.

Dominus docet secretum ac fœdus suum
eos qui se timent.

Oculi mei perpetuò ad Dominum inten-
ti sunt, ille enim explicat è reti pedes
meos.

Conuertere ad me Domine, & miserere
mei: quoniã desolatus, & afflictus sum.

Angustia cordis mei crescunt, educ ergo
me de necessitatibus meis.

Contemplare afflictionem meã, & labo-
rem

V T R I V S Q. T E S T. 97

rem meum, & aufer omne peccatum
meum.

Confidera hostes meos, quia multi sunt,
& scelerato odio persequuntur me.

Custodi animam meam: & libera me: ne,
quaeso pudeam, quoniam in te spero.

Integritas & aequitas seruent me, quonia
in te spero.

Redime Deus Israëlem de omnibus an-
gustiis eius.

In afflictione siue passione, & spi-
ritus & carnis, sic orare possu-
mus cum Christo & piis.

Psal. xxxi.

In te Domine spero, ne quaeso, pudeam
in aeternum, sed per iustitiam tuam li-
bera me.

Prebe mihi aurem tuam, propere vt eruas
me, esto mihi fortis petra, & munita do-
mus vbi me salues.

Tu enim es rupes mea, & arx mea, pro-
pter nomen ergo tuum dux & alumnus
meus esto.

Educ me de reti quod absconderunt mihi,
Tu enim es propugnator meus.

In manus tuas spiritum meum commen-
do, redime me Domine Deus verax.

Ego enim odi, qui vanitatis fumum te-

nent, sed in te Domine spero,
 Exultem, & gestiam propter bonitatem
 tuam, quoniam videbis afflictionem
 meam; cum senties vt anima mea in an-
 gustiis est posita.
 Et non dedes eam in hostis potestatem, sed
 in latum constitues pedes meos.
 Miserere mei Domine, quoniam tribulor
 caligat præ mœrore oculus meus, ani-
 ma mea, & venter meus.
 Consumitur in dolore vita mea, & anni
 mei in gemitibus: decidit in calamita-
 te robur meum, & ossa mea tabescunt.
 Opprobrium factus sum apud omnes ini-
 micos meos: vicinis autem & notis in-
 gens pauor: qui me vident foras, fugiunt
 à me.
 E corde obliuioni traditus sum velut mor-
 tuus: factus sum sicut fructum figulinum.
 Ipse enim audiui contumeliam multitu-
 dinis circum me congregatae: in vnum
 cocunt aduersum me: ad capiendum ani-
 mam meam coniurant.
 Ego autem te fido, Domine, ac dico, Deus
 meus es tu.
 In manu tua fata mea sunt, libera me de
 manu hostium, & persecutorum meorum.
 Ostende vultum tuum seruo tuo: & salua
 me per bonitatem tuam.

Domi

VTRIVSQ. TEST. 99

Domine, non confundar, te enim inuoco:
sed confundantur impij, & in foueam
confopiantur.

Compescantur labia mendacia, quæ vete-
ratorie, superbe, & cõtemptim loquun-
tur aduersus iustum.

Quanta sunt bona quæ reponis timentibus
te, quæ facis sperantibus in te co-
ram filiis hominum.

Abscõdis eos in adyta vultus tui ab elatis
hominibus, occultas eos in tabernacu-
lo tuo à vitiligationibus linguarum.

Gratiæ Domino pro admiranda eius in
me bonitate ex vrbe munita.

Ego enim in desperatione mea dixeram,
proiectus sum à conspectu oculorum
tuorum: tu autem exaudisti supplicis
vocem ad te clamantis.

Idcirco, diligite Dominum omnes sancti
eius, fidos enim tuetur Dominus &
abudè retribuit his qui superbe agunt.

Constantes estote, & obfirmetur cor ve-
strum, omnes qui speratis in Dominũ.

Sanctificatio Dei, quòd miseri-
cordia eius plena est terra, &
quòd verbo suo potentissimo
omnia operatus est.

Psal. XXXIII.

EXultate iusti in Domino, nam rectis
ornamento est dum collaudant.

Collaudate igitur Dominū, cithara, che-
læ decachordo psallite ei.

Canite illi nouo carmine, incendite orga-
na cum clangore.

Verbum enim Domini sacrosanctum est,
& omne opus illius firmum.

Iusti & æqui amans est: bonitate Domini
plena est terra.

Verbo Domini cæli facti sunt, & spiritu
oris eius, omnis militia eorum.

Colligit aquas in cumulum, ac rursus in
abyssi penetralia recondit.

Metuat Dominum omnis terra, mirentur
eum omnes qui habitant orbem.

Ille enim eum iubet, sunt: cum præcipit,
constant res.

Dominus dissipat consilium Gentium, &
populorum cogitationes irritat.

Consilium autem eius in perpetuum du-
rat, cogitationes cordis eius ad omnes
generationes.

O felicem gentem cuius Dominus est
Deus, quam sibi elegit in hæreditatem?

Dominus cælo prospicit, ad consideran-
dum omnes filios hominum.

De firmo solio suo contemplatur omnes
habitatores orbis.



Solus

Solus enim finxit corda eorum, solus cognoscit omnia opera eorum.

Non saluat regem innumerabilis exercitus: & gigas nō liberatur magnitudine roboris.

Fallit saluando eques, nam multitudine equitatus nemo eripitur.

Ecce autem, oculi Domini intendunt in eos qui se reuerentur, & illius bonitate fidunt.

Vt liberet à pestilentia animas eorum, & alat eos in fame.

Anima igitur nostra Domino nitatur, ille enim est propugnator & clypeus noster.

Nam & cor nostrum in eo lætabitur, dum modo in nomen eius sanctum sperauerimus.

Adsit nobis Domine bonitas tua, quemadmodum sperauimus in te.

Obfirmatio animi aduersus nos calumniantes, ne vicissim eis exprobremus, quod magnum Dei est donum.

Psal. XXXIX.

STatuerã custodire vias meas, quò minus lingua mea peccarem: seruabã

fræno os meum, impius enim obfertia-
bat me,

Compescebar, filebam, & obmutesce-
bam, bono quidem cōsilio, sed exaspe-
rabatur dolor meus.

Incalescebat cor meum intra me, & me-
ditando ignis magis incendebatur. Sic
ergo lingua disseribam.

Indica mihi Domine finem meum, & mo-
dus dierum meorum quisnam sit, sciã
quæso, quando defecturus sim.

Ecce, tu constituiisti dies meos palmi lon-
gitudine, & ætas mea tanquam nihilũ
est coram te: & certè tota vanitas est
vniuersus hominis status.

Nam imaginariam vitam ducit homo,
temerè tumultuatur, adcumulat, & ne-
scit cui ea congreget.

Nunc igitur quid expecte Domine? spes
mea in te est sita.

Libera itaque me de omnibus transgres-
sionibus meis, & opprobrium vano-
rum ne facias me.

Tacebo, & non aperiam os meum, si tu
istud feceris.

Aufer à me verbera tua, nam ab ingraue-
scente manu tua ego consumor.

Cùm tu hominem propter scelus cū ob-
iurgatione corripis, iam tabescit velut
à tinca

lā tinea quantus quantus est, Adeo frivola res est homo.

Exaudi Domine orationem meam, clamorem meum auribus cape, ne dissimules lacrymas meas: etiam si apud te advena sim & peregrinus, sicut omnes patres mei.

Dimitte me facta gratia, priusquam abeam & nullus fiam.

Pro remissione peccatorum, & malarum concupiscentiarum, quæ scatent in nobis.

Psal. LI.

Miserere mei Deus secundum bonitatem tuam, secundum multitudinē miserationum tuarū dele transgressiones meas.

Magis ac magis ablue me à scelere meo, & à peccato meo munda me.

Nam transgressiones meas scio, & peccatum meum nunquam excidit mihi.

In te solū peccavisse dolet, & malum in oculis tuis fecisse, quapropter iustifica secundum verbum tuum, & munda secundum æquitatem tuam.

Ecce, cum dolore natus sum, & cum peccato concepit me mater mea.

Ecce verò, tu fiduciae firmitate ira dilectaris, & abstrusa sapientiae docueris me.

Lustra me hyssopo, & mundabor: laua me, & supra niuem dealbabor.

Nuntia mihi gaudium & lætitiã, & exultabunt ossa quæ comminuisi.

Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnia scelera mea deleas.

Cor mundum crea mihi Deus, & Spiritum integrum intra me renoua.

Ne abiicias me à conspectu tuo, & spiritum tuum sanctum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiã salutis tuæ, & spiritu liberali fulcias me.

Et dirigam transgressores in viam tuam, & peccatores ad te redibunt.

Libera me de cruento scelere Deus, ó Deus salus mea, vt celebret lingua mea iustitiam tuam.

Aperi Domine labia mea, vt os meum exponat laudem tuam.

Quoniam si amares victimam, redderẽ: sed holocausta non oblectant te.

Victimæ Dei, spiritus contritus, cor fractum & comminutum: Hæc tu Deus non contemnis.

Bonitate ergo tua præsequere Zion, vt fermentur muri Ierusalem.

Sic

Sic enim gratum tibi fiet victimis iustitiae sacrificio, & holocausto: sic in aram tuam tauri imponentur.

Pia inuocatio contra alienos,
 Psalmus David, dum venirent
 Ziphæi & dicerent Sauli, Nonne
 David absconditus est apud
 nos?

Psal. LIII.

DEus, per nomen tuum salua me, &
 tua virtute vindica me.

Audi, Deus, orationem meam, aurē præbe
 verbis oris mei.

Quoniam hostes insurgūt aduersum me
 & violenti, qui Deum præ oculis suis
 non ponunt, quærunt vitam meam.

Sed ecce, Deus auxilium tulit mihi, Do-
 minus sustentat animam meam.

Reddet malum inimicis meis, & in fide
 sua diminuet eos.

Liberaliter ergo sacrificabo tibi, & collau-
 dabo nomen tuum Domine, quoniam
 bonum est.

Nam eripuit me ex omni tribulatione, vt
 hostes meos oculus meus despiciat.

ile-
 eris
 aua
 ul-
 &
 itū
 iri-
 iri-
 m,
 o
 nea
 M
 um
 M
 erē:
 fra-
 deus
 fer
 Sic

Ut gratia Dei illuminati, cognoscamus in hac terra viam qua itur in Deum, quæ est fiducia in Deum, & charitas in proximū, utque cognoscamus salutem eius, id est, Iesum Christum, qui factus est nobis iustitia, ut ubique terrarum sanctificetur nomen eius .

Psal. LXVII.

DEus misereatur nostri, & benignus sit nobis, ostendat vultum suum nobis.
 Ut nota sit per orbem via tua, & salus tua per omnes Gentes.
 Ut collaudent te populi, ô Deus, ut populi omnes collaudent te.
 Ut latentur & exultent populi, propterea quòd æquitate regas eos, & nationes per orbem temperes.
 Ut collaudent te populi, ô Deus, ut populi omnes collaudent te.
 Benignus sit nobis Deus, Deus noster, ut terra det annonam suam.
 Benignus sit nobis Deus, ut metuant eum omnes termini terræ.

Con

Contra Antichristum, Sanctos
 Dei persequentem & trucidan-
 tem, & mysteria verbi Dei
 prophanantem. Psal. LXXIX.

DEus, inuaserunt Gentes hereditatem
 tuam, polluerunt templum tuum
 sanctum, & Ierosolymam in acervos
 redegerunt.

Fecerunt cadauera seruorum tuorum es-
 cam volucribus cæli, carnem sanctorum
 tuorum cibum bestiis terræ.

Fuderunt sanguinem eorum velut aquam
 per vniuersam Ierosolymam & nemo
 sepeliebat.

Opprobrium sumus vicinis nostris, ludi-
 brium & risus his qui circum nos sunt.

Quousque indignaberis Domine? anne
 penitus incendes, velut ignem æmula-
 tionem tuam?

Effunde iram tuam in Gentes quæ nõ no-
 uerunt te, & in regna quæ nomen tuum
 non inuocant.

Quæ Iacob deuorauerunt, & habitacu-
 lum eius exciderunt.

Noli meminisse nostrorum retrò pecca-
 torum sed subito anteuertant nos mi-
 sericordiæ tuæ, valdè enim pauperes
 facti sumus.

Adiu

Adiuua nos Deus saluator noster, pro-
pter gloriam nominis tui, libera nos,
& placare super sceleribus nostris pro-
pter nomen tuum.

Cur dicent Gentes, vbi est Deus eorum?
Vulgetur, inspicientibus oculis nostris
in Gentes vltio sanguinis seruorū tuo-
rum qui effusus est.

Introeat sub conspectum tuum gemitus
neruo addictorum, pro amplitudi-
ne brachij tui reliquos fac cædi desti-
natos.

His autem inter quos versamur, in sinum
redde cōtumeliam, qua te adfecerunt,
septupliciter.

Et nos populus tuus, & grex pascuæ tuæ
gratias agemus tibi in perpetuum, &
laudem tuam in omne æuum prædica-
bimus.

Oratio, & gratiarum actio, quòd
per Christum redempti ab æter-
na morte sumus.

Psal. LXXXVI.

PRæbe mihi Domine aurem tuam, &
responde mihi, afflictus enim & pau-
per sum.

Serua animã meam, quoniã innocēs sum:
salua

VTRIVSQ. TEST. 109

salua seruum tuum, Deus meus speran-
tem in te.

Miserere mei Domine, ad te sine inter-
missione clamantis.

Lætifica animam serui tui, ad te enim Do-
mine mentem meam tollo.

Quoniam tu Domine suavis & mitis es,
& misericordiæ diues omnibus inuo-
cantibus te.

Da aurem Domine orationi meæ, & at-
tende voci precessionum mearum.

Tempore tribulationis meæ te inuoco,
nam tu exaudis me.

Nullus est inter deos tibi similis, Domi-
ne, nullus tibi rebus gerendis par est.

Omnes ergo Gentes, quas fecisti, veniāt,
& adorent coram te Domine, & ma-
gnificent nomen tuum.

Quoniam tu es magnus, & magna facis,
tu solus es Deus.

Duc me Domine viam tuam, vt ambulē
in veritate tua: coge pectus meū vt vni-
cè timeat nomen tuum.

Gratias ago tibi Domine Deus meus, ex
toto corde meo, & nomen tuū in æter-
num magnificabo.

Quia bonitas tua grādia mihi fecit, erui-
sti enim animam meam de fouea, quæ
subter me erat.

Deus

Deus, violenti insurrexerunt in me, & cœtus audacium quærit animam meam, neque habent te præ oculis suis.

Tu ergo Domine Deus clemens & misericors, quia tardus es ad irascendū, sed propensus ad benignitatem & fidem:

Cōuertere ad me, & miserere mei: da robur tuum seruo tuo, & salutē filio ancillæ suæ.

Fac mecum signum ad bonum, vt eo viso pudefiant osores mei, quòd tu Domine auxilium, & consolationem tuleris mihi.

Nulla penitus relicta cōsolatione. sic possumus cum Propheta in persona Christi orare.

Psal. LXXXVIII.

Domine Deus saluator meus, veniat oratio mea nocte & die coram te clamantis in conspectum tuum, præbe aurem tuam suspiriis meis.

Satiata enim est malis anima mea, & vita mea ad inferos appropinquat.

Quin iam inter eos numeror, qui in foueam subeunt, similis existimor, homini, quem virtus defecit.

Inter mortuos inuenior, velut inter interfectos, inter eos q. in sepulchro dormiunt,

miunt, quorū nō meminit ultra quisquam, qui potentia tua sunt abscissi.

Detrusisti me ad puteum infernum, in tenebras impermeabiles.

Fixisti furorem tuum in me, & omnibus nymbis tuis deiecisti.

Amouisti à me notos meos: reddidisti me eis abominabile, ego autem ita teneor ut exire nequeam.

Deficit præ afflictione oculus meus, inuoco te Domine omni tēpore, & manus meas ad te extollo.

Nū defūctis magna facta tua ostēdis? nū exāgues ita viuūt ut te cōfiteantur?

Num prædicabitur in tumulto bonitas & veritas tua apud interitum?

Num in tenebris cognoscuntur magna tua gesta? aut iustitia tua apud rerū omnium obliuionem?

Ad te Domine, inquam, clamo, & oratio mea ad occurrendum tibi maturat.

Quid Domine, derelinquis animā meā & occultas vultum tuum à me?

Quid ego præ afflictione anhelus & amens taceam? quid tremens onera tua ferā?

Super me transeunt furores tui, indignationes tuæ opprimunt me.

Aquam instar stagnant circum me sine intermissione, simul irruunt in me.

Sustu

Sustulisti à me amicos & cognatos, noti
mei ignoti sunt.

Deploratio corruptæ naturæ no-
stræ, & miseræ huius vitæ, ob
peccatum. Psal. cx.

Domine, tu es receptaculum nostrum
ab omni æuo.

Prius quàm montes nascerentur, aut tel-
lus: prius quàm conderetur orbis, ab
æterno vsque in æternum tu es Deus.

Tu redigis hominem in puluerem, & con-
trà, dicis, Redite in integrum filij ho-
minum.

Quia mille anni ante te sunt, sicut dies he-
sterna quæ præterit, & excubiæ no-
cturnæ.

Te illos dissipante somnus fiunt, ac subi-
tò sicut fœnum mutantur.

Fœnum manè floret & crescit, vespere
incisum arefcit.

Sic te irato consumimur, & in furore tuo
deturbamur.

Tenes flagitia nostra coram te, occulta no-
stra in luce vultus tui pateant.

Te irato, vniuersi dies nostri collabuntur:
anni nostri dicto citius finiunt.

Dies annorum nostrorum quibus degimus,
septuaginta fermè anni, & si qui vi-
uidio

VTRIVSQ. TEST. 113

uidiores sunt, octoginta anni, quę ipso-
rum excellentia inter labores, & dolo-
res rectius numeraretur sic subito reci-
dimur & auolamus.

Quis habet rationem potentis irę tuę,
ęquę excandescentię ac furoris?

Instrue nos vt dies nostros numeremus,
& sapienti corde consideremus.

Reddi Domine nunc tandē, & propitius
esto seruis tuis.

Satiemur citō bonitate tua, vt exultemus
& lætemur cunctis diebus nostris.

Lætemur pro ratione dierum quibus nos
adflixisti, pro annis quibus malū ex-
perti sumus.

Impertire seruis tuis egregia facta tua, &
amplitudinem tuam filiis eorum.

Et sit splendor Domini Dei nostri nobis-
cum, opus quoq; manuum nostrarum
nobis perficiat, opus manuum nostra-
rum ille absoluat.

Sanctificatio nominis Domini,
quia omnia fecit, & in manu
eius omnia fiant.

Psal. xcv.

A Deste, exultemus Domino, iubile-
mus petre salutis nostre.

Cōpareamus corā eo cum gratulatione,
k

& psalmis canamus ei.

Dominus enim & Deus & rex maximus
est super omnes Deos.

In manu illius telluris penetralia sunt, &
montium robur.

Ejus est mare, ipse enim condidit illud,
continens, manus enim eius formavit
eum.

Adeste, adoremus, flectamus genua, & sup-
plicemus corā Domino factore nostro.

Ille enim est Deus noster, nos autem po-
pulus pascuæ eius, & grex manus eius,
dummodo voci eius omni tempore pa-
reamus.

Nolite obdurare cordibus vestris, sicut in
iurgio, sicut in rebellione, in solitudine
facta.

Vbi me excutiebant patres vestri, proba-
bant me, & videbant opera mea.

Quadraginta annis pertæsum est me na-
tionis huius, ita vt dicerent, Populus iste
toto corde errat: nō enim agnoscebāt
vias meas.

Per iram ergo meā iuravi super eis, quod
non ingressuri essent in requiē meam.

Dum in media tribulatione, & ab
hominibus, & à Deo etiam de-
relietis nobis videmur.

Psal.

Domine exaudi orationem meam, &
clamor meus ad te perueniat.

Ne celes me vultū tuū, cum mihi angustia
imminet, sed præbe mihi aurē tuā cum
inuoco, & festina vt mihi opem feras.

Euanescunt enim sicut fumus dies mei,
& ossa mea consumuntur sicut torris
ab igne.

Resectū & arefactum est cor meum, tan-
quam fœnum, quoniam & cibum cape-
re meum oblitus sum.

Præ voce gemituum meorū ægrè adhæ-
rescunt ossa mea carni meæ.

Similis sum pellicano in solitudine, factus
sum sicut noctua in parietinis excisis.

Peruigilo, & par sum passerulo qui vi-
duus in tecto sedet.

Iugiter adficiunt me contumeliis inimi-
ci mei, & qui me ludibrio habent, in ca-
put meum coniurant.

Sed & cinerem cum pane comedo, & tem-
pero poculum meum fletu.

Id autem propter indignationē & iram
tuam, iustulisti enim & abiiecisti me.

Dies mei similes sunt vmbra ferotinae,
ipse verò tanquam fœnum exarui.

Tu autem Domine in perpetuum duras,
& mētio tua per omnes generationes.

Tu igitur exurgas, & miserearis Zion: tē-
pestiuum enim est, vt eius miserearis,
nam definitus terminus adest.

Quoniā serui tui depereunt lapides eius,
& pulueris eius miseret ipsos.

Vt gētes timeant nomen tuum Domine,
& omnes reges orbis maiestātē tuam.

Quum scilicet seruabis Zion, Domine,
quum adpares cum potestate tua.

Quum aduertis ad orationem destituti,
& non contemnis preces eius.

Mandabitur enim istud posteris, vt futu-
rus populus collaudet Dominum.

Quòd de sublimi sanctuario suo prospe-
xerit, quòd è cælo in terrā inspexerit.

Ad audiendum gemitum vincti, ad absol-
uendum neci addictos.

Quo in Zion prædicetur nomē Domini,
& gloria eius Ierosolymis.

In frequenti populorum cœtu, quum re-
gna isthïc conuenient ad colendū Do-
minum.

Quāquam in ipso itinere adffixit robur
meum, & præcēdit dies meos.

Orantē etiam, ò Deus meus, ne tollas me
in medio cursu atatis meæ, anni enim
tui sempiterni sunt.

Tu fundasti olim terram, & cæli opus ma-
nuum tuarum sunt.

Ipsa

Ipsa peribunt, tu verò constabis, & omnia
velut vestimentum veterascent: tu mu-
tabis eos tanquam vestem, atque mu-
tabuntur.

Tu autem idem eris, & anni tui non inue-
nient finem.

Filij seruatorum tuorum & semen eorum
cohabitabunt, & consistent tecum.

Læta gratiarum actio de omnibus
beneficiis nobis per Christum
collatis, qui sedens in cælis, re-
gnat vbiq̃ue, cui Angeli & om-
nes creaturæ gratias agunt.

Psal. CIII.

Collauda Dominum anime mi, &
omnia cordis mei penetralia nomen
eius sanctum.

Mi anime Dominum collauda, & ne ex-
cidant tibi vniuersa beneficia eius.

Qui veniam dat omnibus delictis tuis,
& restituit vniuersas imbecillitates
tuas;

Qui vindicat ab interitu vitam tuam, &
ornat te benigniter & humiliter.

Qui bonis desiderium tuum satiat, & flo-
ridam seruat velut aquilæ iuventutem
tuam.

Ius reddit ac vindicat Dominus omnes
qui patiuntur iniuriam.

Moyſi ostendit viam suam: & filiis Israēl
consilia sua.

Humanus & placidus est Dominus, cun-
ctanter irascitur, at impendio indulget.

Non iurgatur in perpetuum, neq; in per-
petuum succenset.

Non facit nobis iuxta peccata nostra, &
iuxta scelera nostra non retribuit no-
bis.

Nam iuxta sublimitatem cælorum ad ter-
ram augusta est bonitas eius erga cul-
tores suos.

Remouet à nobis crimina nostra, quàm
remotus est ortus ab occasu.

Quàm mitis est parens in liberos, tam
mitis est Dominus erga cultores suos.

Ipsè enim nouit facturam nostram, me-
mor quòd è puluere fumus.

Quòd mortalium ætas tanquàm foenum
est quòd instar florum agri floret.

Protinus vt ventus austerior in eum inue-
nerit, nullus est, neque amplius in loco
suo inuenitur.

Sed bonitas Domini ab æterno in æteer-
num seruat cultores suos, & filiis filio-
rum ipsorum iustitia sua adest.

Dum modo custodiunt fœdus eius & mã
dator

datorum eius memores sunt, vt faciant
ea.

Dominus in cælo firmavit solium suum,
& imperio suo vniuersa regit.

Collaudate Dominum angeli eius, qui
virtute polletis, vt impleatis iussus
eius, qui paretis voci verbi illius.

Collaudate dominum vniuersi exercitus
eius ministri eius, & qui facitis placita
illius.

Collaudent Dominum cuncta opera eius
in omni loco imperij illius. Collauda
Dominum anime mi.

Alia gratiarum actio & laus.

P S A L. CIIII.

Collauda Dominum anime mi, Do-
mine Deus meus inenarrabiles sunt
cùm magnitudo tua, tum laus & decor
quibus amictus es.

Amictus es luce tanquam indumento, tu
explicas cælos instar cortinæ.

Tu contabulas in aquis fornices tuos, nu-
bes in currum tuum aptas, & alis vento-
rum aurigaris.

Tu facis vêtos nuncios tuos, & flammæ
ignis clientes tuos.

Tu iecisti terræ fundamenta super bases
eius, vt in perpetuum, & si quid vltra
est, non moueatur.



Tu lates in abyſſo tanquã in veſte ſupra
 montes quum aſcendunt aquæ,
 Ab increpatione tua fugiunt, à voce toni-
 trui tui præcipites feruntur.
 Tum ſurgunt montes, descendunt valles
 ad locum iſtum quem firmaviſti eis.
 Terminũ conſtituiſti aquis vt non tranſ-
 grediantur, neque redeant ad operien-
 dum terram.
 Tu promanas fontes in vallibus, qui inter
 medios montes incedunt.
 Vt potentur omnes beſtiæ tuæ quæ in
 agro ſunt, vt onagri frãgant ſitim ſuã.
 Supra montes autem volucres cæli habi-
 tent, ac de medio montium dent vo-
 cem.
 Tu irrigas montes è ſupernis tuis, opera
 tua tellus annona impletur.
 Germinas fcenum iumentis, & olera vt
 homini ſeruiant.
 Produciſ è terra cum panem, vt vires ho-
 minis reficiat: tum vinum quoque, vt
 humanum cor lætificet: tum oleum, vt
 vultus exporrigat.
 Te Domino arbores ſaginantur, & cedri
 Libani quas plantaviſti.
 Vt volucres iſthïc nidulentur, ciconiæ do-
 micilium abies præbeat.
 Vt mōtes editi damis, petrae verò ſint aſy-
 lum

lum cuniculis.

Lunam fecisti ad constitutum suum, Sol
nouit occasum suum.

Fecisti & tenebras, è quibus nox est, in
qua prorepunt omnes bestiae nemo-
rum.

Leonculi quoque rugientes ad prædam, vt
quærant cibum à Deo sibi destinatum.
At orto sole, sese proripiunt, & in cubilia
sua recubant.

Tum verò prodit homo ad opus suum,
& ad agriculturam suam vsq; ad vesperam.

Quanta sunt opera tua Domine? quæ tu
omnia sapienter fecisti: plena est terra
rebus tuis.

Aequè pelagus magnū & spatiosum qua-
quauersum, in quo reptilia numero ca-
rentia: belluæ quoque & mediocres &
inuitatæ magnitudinis.

Vbi & naues transeunt, & Leuiathan ille,
quem in hoc finxisti, vt in eo ludat.

Cuncta ista ad te suspiciunt, vt des illis ci-
bum suum in tempore suo.

Dante te illis, capiunt: aperiente te manū
tuam bonis saturantur.

Te verò vultum tuum abscondente, tur-
bantur: te spiritum eorum tollente, exa-
nimantur, & in puluerem suum redeunt.

Et cōtrà, quum spiritum tuum mittis, re-

creantur, & renouas faciem terræ.
Regnet diuina maiestas, in perpetuum, &
lætetur Dominus in operibus suis.

A cuius aspectu terra contremiscit: quum
montes attingit, fumant.

Cantabo Domino quoad viuã, & quoad
fuero, Deo meo psallam.

Iucunda sit coram ipso oratio mea, ego
enim in Domino lætor.

Consumantur peccatores è terra, & impij
non sint vltra: tu verò anime mi, collau
da Dominum. Hallelu-ia.

Sanctificatio Dei, quòd suos mira
biliter exaltet, & in cælo, & in
terra. P L A L. C X I I I.

Laudate ò serui Domini, laudate no
men Domini.

Sit, nomen Domini collaudatum, hinc
vsque in sempiternum.

Ab ortu solis vsque ad occasum collau
de tur nomen Domini.

Sublimis est Dominus super omnes Gen
tes, & gloria eius super omnes cælos.

Quis est sicut Dominus Deus noster, qui
sefe in sublime ad habitandũ collocat?

Ac rursus sefe demittit, vt contempletur
quæ in cælo, & in terra fiunt.

Eleuat de puluere egenum, & de stercore
paupe

VTRIVSQ. TEST.

123

pauperem erigit.

Vt collocet eū inter principes: inter principes populi sui.

Sterilem matrem familiās cum filiis domi latantem facit. Hallelu-ia.

Pro misericordia Dei, quod nos Gentes dignatus est in fidem suam adsciscere.

PSAL. CXVII.

LAudate Dominū omnes gentes, omnes quoque populi laudate eum.

Quoniam bonitas eius erga nos magis ac magis adolescit, & fides eius in perpetuum durat. Hallelu-ia.

Vt Deus ipse nos ducat, regat, doceat, & dirigat in via sua, in præceptis, & Euangelio suo, vt custodiat nos à doctrinis & traditionibus hominum.

PSAL. CXIX.

Aleth.

O Beatos integros, qui in via & lege Domini ambulant.

Beati qui custodiunt obtestationes eius, & toto corde quærunt illam.

Qui scelera nulla designant, sed in viis eius incedunt.

Tu

Tu enim nihil æquè præcipis, ac mandatorum tuorum obseruantiam.

Vtinam hûc tendant gressus mei, vt seruem iusta tua.

Sic enim non pudeſciam, quum ſcilicet attentus ero ad omnia præcepta tua.

Celebrabo te recto corde, ſi docueris me iudicia iuſtitiaẽ tuã.

Iuſſa tua cuſtodiam, ne vnquam, quaẽſo, derelinquas me.

Beth.

Qua tandem re, mundum cuſtodiat adoleſcens iter ſuum æquè ac obſeruantia ſermonum tuorum?

Toto igitur corde meo requiram te, tu vero ne ſeducas me à præceptis tuis.

In corde meo reponam verba tua, quò minus in eo peccem.

Inclyte tu Domine, doce me conſtitutiones tuas.

Vt etiam labiis meis memorare queam omnia iuſſa oris tui.

Vt in via conſteſtationum tuarum gaudeam magis quàm innumeris diuitiis tuis.

Vt mandata tua mediter, & ſemitam tuã ſuſpiciam.

Vt præceptis tuis delecter, neque obliuiſcar verborum tuorum.

Gimel

Gimel.

Da mihi seruo tuo, vt viuam, & custodiã
sermone tuos.

Aperi oculos meos, vt perspiciam admi-
randa quæ in lege tua sunt.

Aduena ego sum in terra, tu tamen ne ce-
les me præcepta tua.

Rumpitur enim anima mea desiderio ius-
sum tuorum omni tempore.

Tu enim corripis execrabiles superbos,
qui deficiunt à præceptis tuis.

Libera me opprobrio & contēptu, vt cu-
stodiam contestationes tuas.

Principes enim in cōcessu suo contra me
consultant, seruus autem tuus medita-
tur in mandatis tuis.

Contestationes tuæ, & delectationes meæ
sunt, & senatores mei.

Daleth.

Humi defixa est anima mea, tu tamen re-
fice me iuxta verbum tuum.

Vias meas exponam tibi, tu ergo respon-
de mihi, & doce me iussa tua.

Iter mandatorum tuorum ostende mihi,
& considerabo mirabilia facta tua.

Defluit anima mea tædio, confirma me
verbo tuo.

Tolle

Tolle à me iter mendacij, & lege tua miserere mei.

Iter enim veritatis elegi, & iusta tua mihi placent.

Adhæream contestationibus tuis Domine, vt non confundas me.

Via mandatorum tuorum curram, quibus exhilaras cor meum.

He.

Doce me Domine iter præceptorum tuorum, vt ipsum semper custodiam.

Erudi me, vt custodiam legem tuam, & seruem eam in toto corde meo.

Duc me in semita mandatorum tuorum, ea enim mihi placet.

Inclina cor meum ad contestationes tuas, & non ad auaritiam.

Transfer oculos meos ne vanitatem aspiciant, & via tua viuifica me.

Præfige autem seruo tuo verba tua, quæ ipsum timoris tui admoneant.

Tolle obprobrium meum quod timeo, suauia enim sunt iudicia tua.

Et mandata tua diligo, iustitia tua sustine me.

Vau.

Obueniat mihi benignitas tua Domine, deinde & salus tua iuxta verbū tuum.

Vt.

Vt respondeam obprobantis verbo, qui
verbo tuo fidem habeo.

Ne recedat de ore meo verbum veritatis
vlla ratione, quoniam in iudicia tua
spero.

Sed custodiam legem tuam in perpetuū,
per omnia secula, & si quid vltra est.

Ambulem in securitate, quia mandata tua
quæro.

Differam super contestationibus tuis co-
ram regibus, & non pudefiam.

Delecter in præceptis tuis, quæ diligo.

Tollam manus meas ad amata mihi
præcepta tua, & mediter in mandatis
tuis.

Zaim.

Memora verbum tuū seruo tuo, vt spem
meam fulcias.

Hoc enim solatur me in afflictione mea,
& eloquium tuum viuificat me.

Contemnit me superbi vehementer, sed
à lege tua ne declinem.

Repeto mecū sempiterna iudicia tua Do-
mine, & solatium inuenio.

Totus horreo sceleratos istos, qui dese-
runt legem tuam.

Iusta tua carmen mihi sunt, dum hîc ho-
spes sum.

Nomi

Nominis tui Domine per noctem mentionem habeo, vt custodiam legem tuam.

Id mihi, quæso, contingat, vt præcepta tua seruem.

Heth.

Sors mea Domine, in hoc sum, vt custodiam verba tua.

Vultum tuum deprecor ex toto corde, vt miserearis mei iuxta sermonem tuum.

Consyderem vias meas, & referam pedes meos ad contestationes tuas.

Incunctanter properem ad custodiendum mandata tua.

Vincula sceleratorum si me captiuum teneant, legis tamen tuæ ne obliuiscar.

Concubia nocte surgo, ad laudandum te, propter iusta iudicia tua.

Socius sum omnium timentium te, & custodientium præcepta tua.

O Domine, cuius bonitate vniuersa terra redundat, doce me mandata tua.

Teth.

Benefacito Domine seruo tuo, iuxta verbum tuum.

Bonum, disciplinam, & scientiã doce me, quoniam præceptis tuis fidem habeo.

Prius quàm adfligerer, delinquebã, nunc autem

autem eloquium tuum custodiam.

Natura bonus es, per eam ergo bonitatē
doce me mandata tua.

Offerunt mihi quidem superbi menda-
cium, ego autē toto corde seruabo prę-
cepta tua.

Crassum est velut adeps cor eorum, ego
tamen legem tuam meditabor.

Euge mihi quòd adflīctus sum, quò man-
data tua didicerim.

Dulcior est mihi lex oris tui, quàm infini-
tus modus auri vel argenti.

Iod.

Manus tuæ fecerunt, & parauerunt me, da
mihi intelligentiam vt discam præce-
pta tua.

Vt quum videant me, qui te timent, læten-
tur, quòd verbo tuo fidam.

Equidem scio Domine, quòd iusta sunt iu-
dicia tua, nam ex fide adiuuas me.

Bonitate igitur tua consolare me, iuxta
sermonem seruo tuo factum.

Occurrant mihi clementiæ tuę, vt viuam,
lex enim tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, qui mendaciter
mecum agunt, ego autem præcepta tua
mediter.



In gratiam autem redeant mecum, qui te
timent, quique nouerunt contestatio-
nes tuas.

Sit cor meum integrū in præceptis tuis,
vt ego non pudeam.

Caph.

Deperit anima mea salutem tuam, verbo
enim tuo fido.

Depereunt oculi mei sermonem tuum di-
cendo, Quando consolaris me?

Sum enim sicut vter in incendio, præcepta
verò tua non obliuiscor.

Quot sunt dies serui tui? quando vltionē
capiēs de persecutoribus meis?

Superbi enim, qui secundum legem tuam
non ambulant, foderunt mihi foueam.

Omnia præcepta tua vera sunt, & fidelia:
mendaces persequuntur me, adiuua me.

Fermè funditus perdidērunt me in terra,
attamen præcepta tua non desero:

Pro bonitate tua viuifica me, vt seruem
contestationem oris tui.

Lamed.

Verbum tuum Domine, cū cælis in per-
petuum constat.

Veritas quoq; tua per omnē posteritatē,
périnde ac tellus abs te cōdita, durabit.

Iuxta ordinationem tuam constant in
æter

aeternum, nam omnia seruiunt tibi.
 Nisi lex tua solatium meum esset, iam in
 afflictione periissem.
 Nunquam igitur obliuiscar mandatorū
 tuorum, ipsis enim refocillas me.
 Tuus sum, salua me, quoniam praecepta
 tua inquirō.
 Insidiantur mihi scelerati ad perdendum
 me, sed contestationes tuas mecum re-
 puto.
 Omnia quae facta sunt, finē habitura vi-
 deo, sed praeceptum tuum omnem fi-
 nem excedet.
 Mem.
 Ut legem tuam amo? quae vnica cogitatio
 mea est omni tempore.
 Mandatum tuum prudentiorem fecit me
 hostibus meis, semper enim mecū est.
 Supra omnes praeceptores meos cautus fa-
 ctus sum, quia contestationes tuae cogi-
 tatio mea sunt.
 Supra senatores intelligens sum, quia mā-
 data tua obseruo.
 Ab omni via mala reuoco pedes meos, vt
 custodiam verba tua.
 A iudicis tuis non recedo, tu enim dux
 meus es.
 Quam dulcia sunt faucibus meis eloquia
 tua? supra mel sunt ori meo.

Præceptorum tuorum intellectū habeo,
hinc odio prosequor omne iter mendacij.

Nun.

Verbum tuum lucerna est pedibus meis,
& lumen gressui meo.

Iuravi, & constitui seruare iusta iudicia
tua.

Adflictus sum extra modum, tu verò Do
mine repara me iuxta verbum tuum.

Promptitudo oris mei sic, oro, tibi Domi
ne placeat, vt iudicia tua me doceas.

Animā mea iugiter me admonet, vt legis
tuæ ne obliuiscar.

In pij laqueum ponunt mihi, sed à man
datis tuis non aberro.

Hæreditas mea, sunt contestationes tuæ
in perpetuum, sunt & deliciae cordis
mei.

Propendit cor meum ad faciendum præ
cepta tua in æternum, non sine causa.

Samech.

Iniquos odi, at legem tuam amo.

Défensor, & propugnator meus esto Do
mine, verbo enim tuo fido.

Recedite à me mali, vt custodiam præce
pta Dei mei.

Fulcias

Fulcias me sermone tuo vt viuam, & ne
frustreris expectationem meam.

Sustenta me vt saluus sim, & p̄cepta tua
sine intermissione mediter.

Sed cōculca vniuersos qui à mādatis tuis
aberrant, fallax enim est dolus ipsoꝝ.

Tollis cunctos terræ impios, velut quis-
quilias, idcirco cōtestationes tuas amo.

Horret p̄ timore tuo caro mea, & iudi-
cia tua formido.

Ain.

Quod equum & iustum est faciam, ne de-
das me calumniatoribus meis.

Fideiube in bonum pro seruo tuo, ne vim
faciant mihi superbi.

Fatiscunt oculi mei ad salutem tuā, & ad
iustum eloquium tuum.

Age cum seruo tuo pro tua bonitate, &
mandata tua doce me.

Seruus tuus sum, doce me, vt sciam conte-
stationem tuam.

Id vt facias, Domine, tempestiuum est,
dissiparunt enim legem tuam.

Quoniam amo p̄ceptum tuum supra
aurum & topazium.

Idcirco vniuersa mandata tua recta se-
quor, ab omni autem via fallaci ab-
horreo.

en & , msiiv v Phe. nomre em raios

Magnificæ sunt contestationes tuæ , quapropter obseruat eas anima mea.

Aperta sunt verba tua , illuminant , & intellectum dant paruulis.

Præcepta tua non aliter desydero , quam quum anhelus spiritum attraho.

Aspice me , & propitius esto mihi , perinde atque ij , qui nomen tuum diligunt.

Gressus meos dirige secundum eloquiũ tuum , vt non regnet in me vlla impietas.

Libera me à calumniis hominum , vt custodiam leges tuas.

Vultum tuum exhibe seruo tuo , & doce me mandata tua.

Oculi mei riuos aquarum emanant , propterea quòd legẽ tuã non custodiunt.

Sade. b sur stabram

Iustus es Domine , & æqua sunt iudicia tua.

Quæ tu mandas contestationes , iustæ & veræ sunt supramodum.

Enecat me zelus meus , quòd hostes mei obliuiscuntur verba tua.

Eloquium tuum vehementer inflammat , vnde & seruus tuus diligit illud.

Ergo etsi paruus & contemptus sum , præcepta

cepta tamen tua non obliuiscor.
Iustitia tua iustitia sempiterna est, & lex
tua vera.

Tribulatio & angustia quum adsequuntur
me, iam promissiones tuæ solantur me.
Contestationes tuas sempiternas fac me
intelligere, vt viuam.

Coph.

Et toto corde inuoco, exaudi me Domi-
ne, vt mandata tua custodiam.

Inuoco vt me salues, & seruem contesta-
tiones tuas,

Propero maturrimè, & inuoco, verbis
enim tuis fido.

Maturant oculi mei sub excubias, ad me-
ditandum in eloquiis tuis.

Vocem meam exaudi pro bonitate tua
Domine, quemadmodum soles, viui-
fica me.

Adpropinquant enim qui à lege tua sunt
alieni, & iniuria persequuntur me.

Adpropinqua & tu Domine, firmæ sunt
enim promissiones tuæ.

Ab ipso exordio id noui de contestatio-
nibus tuis, quòd eas fundasti vt sint
sempiternæ.

Res.

Aspice afflictionem meam, & eripe me,

legis enim tuæ non obliuiscor.

Suscipe causam meam, & adfere me, & secundum eloquium tuum viuifica me.

Longè abest à sceleratis salus, nam legem tuam non requirunt.

Miserationes tuæ multæ sunt Domine, pro tuo more viuifica me.

Quantumuis multi sint hostes & persecutores mei, à contestationibus tuis tamè non declino.

Quñ præuaricatores video, qui iussa tua non custodiunt, totus incæreo.

Vides, quòd mandata tua exosculer Domine, pro tua ergo benignitate viuifica me.

Ab æterno est verax verbum tuum, & in perpetuum vniuersa iusta iudicia tua.

Schin.

Tyranni persequuntur me insonem, sed verba tua reueretur cor meum.

Ad eloquia tua perinde gaudeo, ac dum quis in diuitem prædam incidit.

Mendacium odi, & abominor, sed legem tuam exosculor.

Septies per diem laudo te, propter iusta iudicia tua.

Pax multa est diligentibus legem tuam, sed scandalum nullum.

Salut

Salutem tuam suspicio Domine, & præcepta tua facio.

Observat & amat anima mea contestationes tuas vehementer.

Custodiam præcepta & contestationes tuas, quoniam omnes viæ meæ coram te sunt.

Thau.

Penetret ad te Domine deprecatio mea, ut iuxta promissionem tuam intellectum mihi dones.

Proueniat ad te supplicatio mea, ut iuxta promissionem tuam libereris me.

Different labia mea gloriam tuam, quum docueris me præcepta tua.

Alternis canet lingua mea eloquiū tuū, nam omnia mandata tua iusta sunt,

Adsit mihi auxilio manus tua, quoniam præcepta tua elegi.

Desyderio salutis tuæ Domine adficio, & lex tua delitiæ meæ sunt.

Viuat anima mea ut te collaudet, quum mihi pro tuo more auxiliatus eris.

Ero sicut ovis perdita: quære seruum tuum, quia præceptorum tuorum non obliuiscor.

Dum contrito & humiliato corde

sumus, & econtrà mundus exul-
tat & lætatur.

Pfal. CXXX.

E Profundis inuoco te Domine.
Domine exaudi vocem meam: sint
aures tuæ attentæ ad vocem querimo-
niarum mearum.

Commiffa enim fi imputes Domine, Do-
mine qui non cadet?

Sed placabilis es: vt te reuereamur.

Spes mea Dominus, quo fidit anima mea,
& verbo eius fidem habeo.

Anima mea Domino intenta est, ab excu-
biis matutinis vsque ad excubias ma-
tutinas.

Israël Domino fidat, quoniam multa est
apud Dominum tuum bonitas, tum li-
bertas.

Ipse enim Israëlem liberat ex omnibus
peccatis suis.

Vt à viris sanguinum liberemur,
qui nituntur abducere nos à via
Dei, & vi & infidiis, qui verbum
Dei extinguere conantur.

Pfal. CXL.

Libera me Domine ab homine mali-
gno, à viro violento custodi me.

Qui

Qui praua consilia capiunt in corde, omni tempore bella concinnant.

Linguam suam instar serpentis acuunt, aspidis venenū intra labia sua, alunt.

Serua me Domine de manu impij, ab homine violento custodi me, qui cogitant ingressum meum inuvertere.

Superbi enim absconderunt mihi laqueū: in funibus tetenderunt mihi rete: & qua parte iter agendum est mihi, offendicula posuerunt.

Dico igitur domino, Deus meus es tu, exaudi Domine vocem deprecationis meae.

Esto Domine salutare robur meum: tege caput meum tempore armorum.

Ne impendas Domine desiderijs impij: conatus eius ne perficias, quò minus eleuetur.

Labor cōsiliorum ipsorum obruat caput eorum, qui me circumueniunt.

Cadant in eos prunæ, in ignem ac foueam deiciantur, vt nequeant resurgere.

Vir loquax ne constet in terra: virū violentū ac malū venentur ad interitum.

Scio enim quòd Dominus facit iudiciū in adflicto, & pauperes vindicat.

Veruntamē iusti celebrabunt nomē tuū, & recti cum vultu tuo ambulabunt.

Vt De



Vt Deus nos seruet, ne lingua nostra peccemus, neq; excusemus peccata nostra, sicut hypocrite.

Psal. CXL I.

Domine te inuoco, propera ad me, attēde voci meæ, dum clamo ad te. Sit oratio mea incensum corā te, eleuatio manū mearū sacrificiū vespertinum. Pone Domine custodiam ad os meum, & excubias ad ianuam labiorū meorum. Non patere cor meum labi ad rem malam, vt cōsiliū ineat vel cum impio, vel cum hominibus sceleratis, & ne fruuar deliciis ipsorum. Verberet me iustus, & gratum faciet, corripiat me, & vnguetum capiti meo infundet, neq; turbabit caput meum: sed adhuc pro malis istorum orabo. Offendebant ad petram iudices eorum, sed adhuc auscultabant verbis meis, quoniam læta erant eis. Ossa nostra dispersa iacent coram fouea, p̄inde ac dum quis terram discindit ac perfodit. Sed ad te, Domine Deus meus, intenti sunt oculi mei, te fido, ne haurias animam meam. Serua me à laqueo quem expanderūt mihi,

hi,

hi, & ab offendiculis sceleratè agentiu.
 Incidant in retia sua impij, donec ego in-
 terim præteream.

Vt educamur ex carcere angustia
 peccatorum & mortis in laudè
 & gloriam Dei, ne amplius pre-
 mamur super terram.

Psal. CXLII.

VOce mea ad Dominu clamo, Domi-
 no voce mea supplico.

Effundo cora ipso querimoniã meam, &
 tribulatione meã ante ipsum expono.

Dũ animus meus desperationi proximus
 est, tibi enim perspectu est iter meum:
 ad semitam istam, qua incedo, abscon-
 derunt mihi laqueum.

Consydera ad dexterã meam, & inspicce,
 & nõ inuenies ex notis meis quenquã:
 ereptum est mihi effugium: nec est qui
 de vita mea sit sollicitus.

Ad te igitur clamo Domine, ac dico: Tu
 es spes mea, & portio mea in terra vi-
 uentium.

Attende supplicationi meæ, quoniam ve-
 hementer exhaustus sum: libera me de
 persecutoribus meis, quoniam præua-
 lent mihi.

Educ è neruo animã meã, vt nomẽ tuum
 cele

celebrem: quod si mihi dones, iusti sociabuntur se mihi.

Dum nulla merita inuenimus in nobis, nullam propriam iustitiam, sed omnia desperata: recordamur verò, quòd ab exordio muni Deus mirabilia in Sactis suis operatus est, & nunquam deseruit inuocantes se, sic precari possumus.

PSAL. CXLIII.

AVdi Domine orationem meam, percipe supplicationem meam, per veritatem ac iustitiam tuam opem fer mihi. Nec tamen in eas iudicium cum seruo tuo, te enim ad cusatore nemo mortalium absoluitur.

Quoniam imminet hostis vitæ meæ humi vitam meam conculcaturus, & locaturus me in tenebras perpetuo mortuorum.

Hinc fit, vt incerta sit in me mens mea, & cor meum intta me desperandum. Memini tamen prisca temporis, recolo vniuersa opera tua, & facturam manuum tuarum repeto.

Expando ad te manus meas, anima mea è terra

terra

terra siticulosa ad te clamat.

Accelera Domine vt auxilium mihi ad-
feras, deficit enim spiritus meus: ne
abscondas vultum tuum à me, quò mi-
nùs par fiam his qui in sepulchrù de-
migrant.

Ocyus adnuntia mihi bonitatem tuam,
te enim fido: notam fac mihi viam
qua incedam, ad te enim mentē meam
dirigo.

Libera me de hostibus meis Domine, nā
ad te confugio.

Doce me operari quod tibi placitum est,
tu enim es Deus meus: spiritus tuus
benignus deducat me in terram inno-
centia.

Refice me Domine, propter nomen tuum
& per iustitiam tuam educ de angustia
animam meam.

Et per bonitatem tuam dissipa hostes
meos, & perde omnes qui contristant
animam meam. Ego enim seruus tuus
sum.

Gratiarum actio, quòd licet viles
simus, tamē virtute Dei fortes
sumus contra omnes filios alie-
nos, id est, illos qui electi in for-
tem Dei non sunt.

Psal.

Psal. cxlii.

GRatiæ Domino refugio meo, qui instruit manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Expectatio mea, munimentū meum, arx mea redemptor meus, scutum meum quo fido, qui regit populum mihi subiectum.

Domine, quis tandē est homo quòd eum agnoscis? aut filius hominis, quòd ipsum reputas?

Homo nihilo similis est, dies eius sunt velut præteriens vmbra.

Domine, cūm cælos tuos inflectis ac descendis: cūm tangis montes & fumāt.

Cūm fulgure coruscas, dissipas eos: mittis iacula tua, & perdis eos.

Mitte ergo manum tuam de alto: libera & eripe me de immensis fluctibus, de vi alienorum.

Quorum os vana loquitur, dextera autē eorum fallax est.

Vt cantem tibi Deus carmen nouum, vt psallam tibi barbitō decachordo.

Qui reges salute donas: qui liberaſti Dauid ſeruum tuum à gladij periculo.

Erue, & libera me de manu alienorū, quorum os vana loquitur, & dextera eorū fallax est.

Vt fil

VTRIVSQ. TEST. 145

Vt filij nostri à teneris instar plantarum
adoleſcant, filiaē noſtræ velut politæ
in templo columnæ, niteant.

Penuaria noſtra plena ſint, ac omnigenis
rebus redundant: Greges autem noſtri
in villis noſtris in millia ac cetera mil
lia ſoboleſcant.

Boues noſtri ſint ad laborem validi: nulla
ſit ruina, nullum vitium, querimonia
nulla in plateis noſtris.

O felicem populū, cuius res ad hunc mo
dum habent, ô felicem populum, cuius
Dominus eſt Deus?

Laus Dei de mirabilibus eius, mi
ſericordia, & regno clementiæ
eius æterno, qui cūm prouideat
omni creaturæ, in primis tamē
timentibus ſe.

P S A L. CXLV.

EVeham te Deus & rex meus, lauda
bo nomen tuum in perpetuum, & ſi
quid vltra eſt.

Omni tempore celebrabo te, & laudabo
nomen tuum in perpetuum, & ſi quid
vltra eſt.

Magnus eſt Dominus, & ſuper omnē lau
dem, neque magnitudo eius perueſti
gari poteſt.

Posteritas posteritati commēdabit opera
tua, & potentiam tuam enuntiabunt.

Honorem, amplitudinem, magnificentiā
& res tuas memorabiles eloquar.

Vis miraculorum tuorum prædicabitur
à me, & magnitudinem tuam narrabo.

Memoria immēse bonitatis tuæ celebra-
bitur, & iustitia tua cantabitur.

Mitis & misericors est Dominus, tardus
ad iram, & ad ignoscendum propensus.

Benignus est vniuersis Dominus: & mise-
ricordia sua vtitur erga omnia opera
sua.

Celebrant igitur te Domine cuncta ope-
ra tua, & sancti tui gratias tibi agunt.

Gloriam regni tui prædicant, & potentiā
tuam loquuntur.

Vt adnuntient filiis hominum potētiam
tuam, amplitudinem quoque ac splen-
dorem regni tui.

Regnum tuum, regnum omnium seculo-
rum est, & imperium tuum ad omnes
posteritates.

Fulcit Dominus omnes qui casuri sunt, &
erigit omnes collapsos.

Omnium oculi te expectant, & tu das eis
suum suo cibum tempore.

Aperis manum tuam, & saturas abundē
omne animal.

Iust

Iustus est Dominus in omnibus viis suis,
& in cunctis operibus suis sanctus.

Dominus adest omnibus qui se inuocant,
dummodo inuocent eum ex fide.

Desyderium sese reuerentium implet,
clamorem eorum exaudit, & opem
fert eis.

Dominus tuetur omnes qui se amant, im-
pios autem dissipat omnes.

Laudem Domini differat os meum, &
omne viuens celebret nomen eius san-
ctum in perpetuum, & siquid ultra est.

Laus Dei, quod in solo Deo rege
æterno sperandum sit, non in
principibus, potentia, sapien-
tia, aut iustitia elementorum
mundi huius.

PSAL. CXLVI.

Lauda Dominum anime mi.
Laudabo Dominum dum viuam, psal-
lam Deo meo quandiu ero.

Nolite principibus fidere, aut quoquam
hominum, in quibus non est salus.

Ab homine enim cum abit spiritus eius,
redit ad terram suam, tunc pereunt vni-
uersæ cogitationes eius.

O felicem cuius robur est Deus Iacob:



cuius spes est ad Dominum Deum suum.

Qui cælos, terram ac mare condidit, & quicquid in eis est: qui fidem in perpetuum seruat.

Qui iudicium facit vim patientibus: qui esurientibus cibum tribuit: ad Dominum qui vinctos soluit.

Dominum qui cæcos illuminat, collapsos erigit: ad Dominum qui iustos amat.

Qui fouet aduenas, orphanum & viduam defendit, viam autem impiorum damnat.

Dominus Deus tuus, ò Zion regnat in perpetuum per omnem posteritatem. Hallelu-ia.

Bonum & salutare est psallere Domino, & sanctificare nomē eius, qui suos ædificat & congregat vtcunque confractos & dispersos, qui nouit eos ex nomine qui sunt sui. Qui cūm prouideat & iumentis & volucribus cæli, maximè tamen sibi cōplacet in iis, & diligit eos qui timent nomen ipsius.

Psal.

Laudate Dominum, quoniam bonū
est psallere Deo nostro, quoniā laeta
pulchra est collaudatio.

Dominus enim instaurat Hierusalem, &
Dispersos Israëlis colligit.

Sanat contritos corde, & alligat vulnera
eorum.

Stellarum multitudinē dinumerat, & vni-
uersas ex nomine vocat.

Magnus est Dominus noster, & immensa
virtus eius, intelligentiæ autē eius mo-
dus nullus est.

Alleuat afflictos Dominus, & impios ad
terram deiicit.

Alternis canite Domino laudem, psallite
Deo nostro cum cithara.

Qui operit cælum nubibus, vt pluuiam
terræ paret, qui montes gramine ve-
stit.

Qui iumentis cibū suum dat, coruis quo-
que qui se inuocant.

Equitis robore non gaudet, non placent
illi militis ocreæ.

Sed gaudet his qui se reuerentur, & qui
eius bonitate fidunt.

Lauda Ierusalem Dominum, lauda Zion
Deum tuum.

Qui vectes portarum tuarū confortat, &

ciues tuos reddit incolumes.

Intra fines tuos pacem ponit, & tritici similia satiat te.

Qui cum iussum suum ad terram mandat, ocyssimè currit sermo eius.

Niuem instar lanæ reddit, & sicut cinerem spargit pruinam.

Glaciem suam proiicit quomodo planitiem: coram frigore eius quis stare poterit?

Rursus cum iussum suum mandat, liquefacit ea, reducit ventum suum, ac protinus riui defluunt.

Exponit verbum suum Iacob, mandata & iudicia sua Israëli.

Quomodo vniuersis Gentibus non facit, quæ diuina iudicia ignorant. Halleluia.

Laus Dei de omnibus creaturis, primùm cælestibus, deinde terrenis.

Psal. CXLVIII.

Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excellis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnis exercitus eius.

Laudate eum Sol, & Luna: laudate eum omnes stellæ & lux.

Lauda

Laudate eum cæli cælorum, & aquæ quæ
sub cælis sunt.

Laudate nomen Domini, quoniam illo
iubente cuncta creata sunt.

Et constituit illa vt durent in perpetuum,
præceptum dedit quod non præterie-
tur.

Laudate Dominum de terra quoque, ceteri
& omnes abyssi.

Ignis & grando, nix & cauma, ventus &
turbo, & facturæ verbi illius.

Montes & cuncti colles, arbores fructife-
ræ & omnes Cedri.

Bestiæ & omne iumentum, reptilia & ala-
tæ volucres.

Reges terræ & omnes populi, principes &
vniuersi iudices orbis.

Adolescentes ac virgines, senes cum pue-
ris laudent nomen Domini, cuius so-
lius nomen sublime est, cuius laus ter-
ram ac cælos superat.

Qui cornu populi sui restituit, gloria
omnium sanctorum suorum, filiorum
Israël populi colentis illum, Halle-
lu-ia.

Laus Dei in seipso quod Sanctus
est, & sanctificans, fortis & for-
tificans, magnus & magnificans.



Atque hæc laus venit ex magno
spiritus gaudio in fidelibus, qui
hæc omnia agnoscunt: Deum
scilicet solum esse sanctum, for-
tem, magnum: se verò pecca-
tores damnatos & imbecilles,
& tamen se omnia habere in
Deo.

P S A L. C L.

Laudate Dominum in sanctuario suo
laudate eum in firmamento fortitu-
dinis suæ.

Laudate eum super fortiter factis eius:
laudate eum pro multitudine magnitu-
dinis suæ.

Laudate eum buccinæ clangore: laudate
eum chely & cithara.

Laudate eum tympano & choro: laudate
eum cordis ac tibiis.

Laudate eum cymbalis canoris: laudate
eum cymbalis clangentibus.

Laudate Dominum quicquid spirat. Hal-
lelu-ia.

Chri

Christus & quilibet fidelis in tribulatione, fortiter precatur cōtra veritatis aduersarios: iustitiam autem faciētibus lætitiā precatur.

PSAL. XXXV.

SVscipe Domine litem meā, & pugna contra oppugnatores meos.

Corripe scutum & hastam, & surge ad auxilium meum.

Stringe mucronē, & vrge ex aduerso persecutores meos: dic animæ meæ: Adsum ego salus tua.

Pudefiant & confundantur qui imminent animæ meæ, terga vertant cum ignominia, qui malum mihi cogitant.

Fiant sicut puluis vento expositus, angelo Domini iactante illos.

Sint viæ eorum obscuræ & lubricæ, angelus autem Domini vrgeat eos.

Quoniam innocenti mihi absconderunt perniciosum rete suum: innocenti animæ meæ foderunt lacum.

Vsu veniat eis deimproviso calamitas, & reti suo, quod absconderant, capiantur, & concidant in ea calamitate.



Anima verò mea lætetur in Domino, &
gaudeat in salute sua.

Omnia ossa mea dicent, Domine, quis est
similis tibi, qui liberas humilem à for-
tiore se, afflictum & egenum à diripien-
tibus eum.

Insurrexerunt iniqui testes, qui mihi, quæ
ignoro, imputant.

Reddunt mihi pro bono malum, desola-
tionem animæ meæ.

At ipsi quū ægrius haberēt, vestis mea sac-
cus erat, ieiunio adffigebā animā meam
& oratio mea in sinu meo versabatur.

Incedebam sicut qui socium aut fratrem
luget: tristis humiliabam meipsum tā-
quam in materno funere.

Ego verò quum peius habeo, lætantur,
concurfant, concurfant vel claudi ad-
uersum me imprudentem etiam: vestē
scindunt, neque à planctu abstinent.

Sed per hypocrisim simulant subcineri-
tium quoque, at interim frendunt in
me dentibus suis.

Domine quando inspicias? restitue à contu-
melia ipsorum animam meam, & à ty-
rannis vnicam meam.

Vt gratias tibi agam coram frequenti Ec-
clesia, & in populo ingenti laudem te.

Neq; gaudeāt super me mēdaces inimici
mei

mei frustra annuant oculo qui me odio habent.

Nihil enim pacatum cogitant, sed quum terra in tranquillitate est, fraudulenta consilia capiunt.

Aperuerunt super merictum suū, dicunt, Ohe ohe, nunc vidimus oculis nostris.

Tu Domine quoque vidisti, ne ergo cuncteris: Domine, ne abeas longius à me.

Euigila, & exurge vt vindices causam meam Domine Deus meus.

Vindica me pro tua iustitia Domine Deus meus, vt non gaudeant de me.

Neque dicant in cordibus suis, Euge anime mi: nec dicant, Vicimus eum.

Erubescant, & confundantur pariter qui malo meo gaudent, induantur pudore & ignominia, qui de me gloriantur.

Exultent & lætentur qui fauent innocentiae meae, ita tamen vt semper dicant, Magnus est Dominus qui amat salutē serui sui.

Lingua verò mea meditetur iustitiam tuam, & laudem tuam omni tempore.

Hunc Psalmum, quoniam totus est Euangelicus & docet contemptum mundi huius & omnia Deo committere, ad finem

nem posuimus : quo nos in omni tribulatione nostra, & in superbia impiorum, cōsolari possumus. Non prætereat tibi dies, quo hunc non legas.

P S A L. XXXVII.

NOli imitari malos : nec æmuleris qui quod iniquum est, operantur.

Quoniam subitò sicut fœnum deciduntur, & sicut viride gramen marcescunt.

Tu verò in Dominum spera, & quod bonum est operare, vt terram inhabites, & verè pascat te.

Et delectaberis in Domino, qui dabit tibi desideria cordis tui.

Expone coram Domino viam tuam, & fide illo, ipse enim efficiet:

Vt velut aurora prodeat iustitia tua, & æquitas tua sicut meridies.

Intentus esto in Dominum, & suspice illum: noli æmulari eum cui omnia prosperè succedunt, hominem qui sceleratè viuit.

Remitte iram, desere indignationem, noli sic emulari vt malè agas.

Qui

Qui enim malè agunt, excinduntur: qui
verò Dominum expectant, terrā pos-
sidebunt.

Paululum sustine, & impius nō supererit:
cūmq; aduerteris ad locum eius nullus
aderit, Humiles autem possidebunt
terram, & multa pace fruuntur.

Insidiatur impius iusto, & stridet super eū
dentibus suis.

Dominus autem ridet illum, quoniam
videt quādo tēpus eius adfuturum sit.

Gladium stringunt impij, & arcum suum
tendunt ad deiiciendum humilem &
egenum, ad trucidandum eos qui via
recta incedunt.

Gladius eorum penetrabit in cor eorum,
& arcus eorum frangentur.

Pusillum iusti, præstantius est ingenti im-
piorum copia.

Quoniam brachia impiorum corrumpū-
tur, iustos autem firmat Dominus.

Nouit Dominus innocentium quoque
tempus, nam hæreditas eorum erit sem-
piterna.

Non pudefient in periculoso tempore, &
in fame saturabuntur.

Sed impij peribunt, & hostes Domini,
périnde ac pretiosi arietes in fumum
rediguntur, consumentur.

Fœne

Fœnerat impius, & non donat, iustus autem cum benignitate donat.

Quibus autem hoc probabitur, possidebunt terram: & qui hoc execrantur, extirpabuntur.

A Domino diriguntur gressus boni viri, & viam eius amat.

Quum ruit, non corruit: Dominus enim sustinet manu sua.

Puer fui, & nunc senui, nunquam tamen vidi iustum derelinqui, nec semen eius quærere panem.

Etiamsi nunquam non det per misericordiam mutuò, hinc fit, vt semen eius feliciter rebus fruatur.

Fugit malum, & sectatur bonum: & inhabitat in perpetuum.

Dominus enim amat æquanimittatem, neque deserit sanctos suos, sed in perpetuum custodiuntur: Semen autem impiorum excindetur.

Iusti verò possidebunt terram & in perpetuum habitabunt super eam.

Os iusti meditatur sapientiam, & lingua eius æquitatem loquitur.

Lex enim Dei sui in corde eius est, vnde non falluntur viæ eius.

Obseruat impius iustum, & quærit eum occidere.

Domi

Dominus autem non derelinquit eum in potestatem eius, neque ut damnet eum quum iudicat illum.

Spera in Dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te ut possideas terram, & excidium impiorum videas.

Fuit quum viderem impium irroborescere, & surgere sicut virentem laurum.

Sed ecce, dicto citius nullus erat, quumq; cum inuestigare, non inueniebatur.

Custodi integritatem, & quod rectum est contemplare, hæc enim postremo homini pacem conciliant.

Quum transgressores simul exterminati erunt: impiorum enim postrema sunt excidium.

Salus autem iustorum à domino: hinc enim est robur eorum in articulo angustiae.

Dominus fert eis opem, & eripit eos, eripit, & saluat eos ab impiis, quoniam sperant in eum.

SOLI DEO GLORIA.

Obsecro Dominum, ne imponat nobis hoc peccatum: quod habet commisit, neque nos habet peccatum, & ut abominum quod proicitur de vultu maris.

Moy

ORATIONES,
ET PRECATIONES
 aliquot breues &
 varia.

Ad motionem castrorum Oratio
 Moyſi, cùm eleuaretur Arca.

Numer. x.



VRGE Domine, & diſſi-
 pentur inimici tui, & fugiãt
 qui oderunt te à facie tua.

Repoſita autem Ar-
 ca orabat idẽ Moſeth.

Reuertere Domine ad multitudinẽ exer-
 citus Iſraël.

Oratio Aaron & Moyſi, pro ſo-
 rore Maria, lepra percuffa.

Num. xii. Aaron.

Obſecro Domine mi, ne imponas no-
 bis hoc peccatum : quod ſtultè commiſi-
 mus, ne fiat hæc quaſi mortua, & vt abor-
 tium, quod proiicitur de vulua matris
 ſua.

Moy

Moyfes.

Deus, obsecro sana eam.

Oratio Moyfi ad Dominum,
vt transfiret in terram
promissionis.

Deuter. III.

Domine Deus, tu cœpisti ostendere
seruo tuo magnitudinem tuam, ma-
nūmque fortissimam. Neque enim est
alius Deus vel in cœlo, vel in terra, qui
possit facere opera tua, & comparari
fortitudini tuæ. Transibo igitur, & vi-
debo terram hanc optimam trans Iorda-
danam, & montem istum egregium, &
Libanum.

Confessio Acham furti sui.

Iosue VII.

Verè ego peccaui Domino Deo Israël, &
sic, & sic feci.

Confessio David peccati sui.

II. Reg. XII.

Peccaui Domine.

Oratio Ezechiaë regis Iudah in
lecto ægritudinis.

III. Reg. XX.

Obsecro Domine, memento quæso, quo-
modo ambulauerim coram te in veri-



tate, & in corde perfecto, & quod placitū
est coram te, fecerim.

Oratio Leprosi. Mat. VIII. Mar. I.

Domine, si velis, potes me mundare.

Oratio Centurionis.

Matth. VIII.

Domine, nō sum idoneus vt tectum meū
subeas, imò tantūm dic verbum, & sanz-
bitur famulus meus.

Oratio discipulorum in pe-
riculo maris.

Matth. VIII.

Domine, serua nos, perimus.

Oratio cæcorum in via
sedentium.

Matth. IX. Mar. X.

Miserere nostri fili Dauid, Fili Dauid Ie-
s v miserere mei.

Contra aduersarios Euangelij, sic
Christus exultabat spiritu.

Matth. XI.

Gratias ago tibi pater Domine cęli & ter-
rę, quòd absconderis hæc à sapientibus
& prudentibus, & reuelaris ea paruulis.
Certè Pater, sic fuit bona voluntas a-
pud te,

Oratio

Oratio Petri iamiam pericli-
tantis in mari.

Mat. XIII.

Domine, serua me.

Oratio Chananaeae. Mat. XV.

Miserere mei Domine fili Dauid.

Domine succurre mihi.

Oratio Christi in monte.

Matth. XVI.

Pater mi si possibile est, transeat à me ca-
lix iste. Veruntamen non sicut ego volo,
sed sicut tu.

Marci XIII.

Abba, Pater omnia possibilia sunt tibi,
aufer poculum à me hoc. Veruntamen
non quid ego velim, sed quid tu.

Lucæ XXII.

Pater si vis, transfer poculum hoc à me.
Veruntamen non mea voluntas, sed tua
fiat.

Oratio Publicani.

Lucæ XVIII.

Deus propitius esto mihi peccatori.

Oratio latronis in cruce.

Lucæ XXIII.

Domine, memento mei cum veneris in
regnum tuum.

Oratio Christi in cruce pro
crucifigentibus se.

LUC. XXIII.

Pater, remitte illis: nesciunt enim quid faciunt.

Sic & Stephanus pro lapidantibus se orat. ACT. VII.

Domine IESU, suscipe spiritum meum.
Domine, ne statuas illis peccatum hoc.

Oratio Samaritanæ. IO. IIII.

Domine da mihi istam aquam, vt non sitiam in æternum.

Oratio Christi in suscitacione Lazari. IOAN. XI.

Pater, gratias ago tibi, quoniã audisti me. Ego autem sciebã, quòd semper me audis.

Oratio Apostolorum in electione Mathiæ. ACT. I.

Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende vtrum elegeris ex his duobus, vt accipiat sortem ministerij huius & Apostolatus, vnde preuaricatus excidit Iudas, vt abiret in locum suum.

Oratio Pauli prostrati.

ACTUM IX.

Domine, quid me vis facere?

Oratio

ORATIONES,
SIVE PRECA-
 tiones aliquot ex Sa-
 cris Bibliis de-
 sumptæ.

Esaiaë **XXXIII.**

Domine iudex noster, Dominus prin-
 ceps noster, Dominus rex noster, Do-
 minus ipse saluabit nos.

Esaiaë **XLIII.**

Ego sum, ego sum, ipse qui deleo ini-
 quitates tuas propter me, & peccato-
 rum tuorum non recordabor. Tu autem
 memento & iudicemur simul, dic tu ini-
 quitates tuas primus, vt iustificeris.

Esaiaë **XLV.**

Conuertimini ad me, & salui eritis
 omnes fines terræ. Ego sum Deus,
 & nō est alius. Per memetipsum iuro, ni-
 si egredietur de ore meo iustitia, sermo-
 nes mei non auertentur: quia mihi cur-
 uabitur omne genu, & iurabit omnis lin-

gna Deum, dicens, Iustitia & gloria ad eum veniet, & confundentur omnes separantes seipfos. A Domino iustificabuntur, & in Deo gloriabitur omne semen filiorum Israël.

Isaiaë LV.

Querite Dominum, & cum inueneritis, inuocate. Quando autem appropinquauerit vobis, relinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas, & conuertatur ad Dominum, & misericordiam consequetur, & ad Deum nostrum, quia multum dimittet peccata nostra.

Ieremiaë X.

Non est similis tui Domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, ô rex Gentium? tibi enim decet: quoniã in omnibus sapientibus Gentium, & in vniuersis regnis eorum non est similis tibi.

Ibidem.

Scio Domine, quia non est hominis via eius, neq; vir ambulabit & diriget gressu

gressum suum. Corripe nos Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore, ut non paucos nos facias.

Ierem. XIII.

COgnouimus Domine peccata nostra iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus coram te. Cessa propter nomen tuum, neq; perdas thronum gloriae tuae. Memento ne dissipes testamentum tuum quod nobiscum habes. Nunquid est in idolis Gentium pluens? & si caelum dabit satietatem suam, nonne tu es ipse, Domine Deus noster? & expectabimus te, quia tu fecisti haec omnia.

Ierem. XVI.

Domine fortitudo mea, & auxilium meum, & refugium meum in die malorum.

Ierem. XXXI.

Dabo leges meas in mentem eorum, & in corda eorum inscribam eas, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum. Quia omnes scient me à paruo vsq;

ad magnum eorum, dicit Dominus.
 Quia propitius ero iniquitatibus eorū,
 & peccatorum eorū non ero memor am-
 plius. Sic dixit Dominus, qui dat solem
 in lucem diei, lunam & astra in lucem no-
 ctis, & clamorem in mari, & resonuerunt
 fluctus eius, Domini omnipotens no-
 men illi.

Ezechiel. XXXIII.

Vivo ego, dicit Dominus Deus, Nolo
 mortem impij, tantum vt conuerta-
 tur impius à via sua, & vivat ipse.

Michææ VII.

Quis Deus sicut tu? auferens iniquita-
 tes, & transcendens impietates his,
 qui reliqui sunt hæreditatis eius. Non
 cōstituit in testimonium iram suam, quia
 volens misericordiam est. Ipse reuerte-
 tur & miserebitur nostri, demerget ini-
 quitates nostras, & proiiciantur in pro-
 funda maris omnia peccata nostra. Dabit
 veritatem Iacob, misericordiam Abra-
 ham, sicut iuravit patribus nostris iuxta
 dies priores.

Eccles. XLVI.

Miserere nostri Domine Deus om-
 nium: & respice, & immitte timo-
 rem

rem tui super omnes Gentes non exquireres te. Leua manum tuam super Gentes alias, vt videant potentiam tuam. Sicut in conspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in conspectu nostro magnificeris in eis. Et cognoscant te, sicut & nos te cognouimus. Quia non est Deus praeter te Domine, innoua signa & immutabilia, glorifica manum & brachium dextrum, vt enarrent mirabilia tua. Excita furorem, & effunde iram, tolle aduersarium, & contere inimicum. Accelera tempus, & memeto irae, & enarrentur tibi mirabilia tua. In ira ignis deuoretur qui saluatur, & male facientes populo tuo inueniant perditionem. Contere capita principum Gentium, dicentium: Non est praeter nos. Congrega omnes tribus Iacob, & heredita eos sicut ab initio. Miserere populi Domine vocati in nomine tuo, & Israel quem primogenitum nominasti. Miserere ciuitatis sanctificationis tuae Ierusalem, loci quietis tuae. Reple Sion, extolle oracula tua, & a gloria tua populum tuum. Da testimonium in initio creaturis, & suscita prophetas in nomine tuo. Da mercedem sustentibus te, & prophetae tui fidem habeant. Exaudi Domine deprecationem seruorum tuorum: secundum

benedictionem Aaron da populo tuo, & cognoscet omnes, qui super terram, quoniam tu Dominus seculorum.

Eccles. XLII.

OMors quam amara tui memoria, homini pacifice viuenti in his que sunt eius, viro quieto & prospero in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum? O mors, bonum tuum iudicium est homini indigenti & diminuto viribus, in vltima senectute constituto & occupato de omnibus, & non credenti, & ei qui perdidit expectationem? Ne timeas iudicium mortis. Memento priorum te & vltimorum, hoc enim iudicium tue carni a Domino. Et quid recusas in beneplacito Altissimi: siue decem, siue centum, siue mille anni: non est in inferno redargutio vitæ.

Christi decreta.

Matth. v.

AT ego dico vobis, Ne resistatis malo, sed quisquis impegerit a lapam in dextram tuam maxillam, obuerte illi & alteram: & ei qui te velit in ius trahere, ac tunicam tuam tollere, permittite illi & pallium: & qui te adegerit ad miliarium, abito

to cum illo duo. Petenti abs te, dato: & cupientem mutuum accipere, ne auerferis. At ego dico vobis: Diligite inimicos vestros, bene precemini deuouentibus vos, benefacite iis qui vos odio persequuntur: orate pro iis, qui lædunt & insectantur vos ut sitis filij patris vestri qui est in cælis: quia solem suum exoriri finit super malos ac bonos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos. Nam si dilexeritis eos qui diligunt vos, quod præmium habetis? nõne & publicani idẽ faciunt? Et si complexi fueritis fratres vestros tantum, quid eximium facitis? nõne & publicani sic faciunt? Eritis igitur vos perfecti, quemadmodum Pater vester, qui est in cælis, perfectus est.

SOLI DEO GLORIA.

Psal.

P S A L M I

QV I D A M D A V I =
dis contra Tyrannos, hereti =
cos : pro magistratu &
pace publica o =
randi.

Vt omnes qui excæcati in Satanæ
 regno viuunt, ad cognitionē fi-
 dei in Iesum Christū veniant.

Psal. XII.



RE R opem, ò Domine, quo-
 niã periit sanctimonia, re-
 cefsit fides à filiis hominū.
 Vana loquitur quisq; cum
 proximo suo, sermonem
 blandum omne cor meditatur.

Excindat Dominus omne os blandilo-
 quum, & linguam grandiloquam.

Qui dicunt, cōfortemus linguas nostras,
 nitamur labiis nostris, deinde quis no-
 bis dominabitur?

Propter calamitatem oppressorum igi-
 tur, & gemitum pauperum exurgam
 dicit Dominus, salutique restituam, &
 spirare

respirare faciet eum.

Eloquia Domini eloquia purissima sunt,
velut argentum incendio à terra repur-
gatum, ac septies liquatum.

Tu igitur, Domine, abstine eos, & custodi
nos ab isto genere hominum in per-
petuum.

Omnia enim plena fiunt impiis, quò va-
nitas exaltatur, inter filios hominum.

Pro magistratu & pace publica.

Pfal. xx.

EXaudiet te Dominus in articulo an-
gustiae: proteget te maiestas Dei
Iacob.

Mittet tibi auxiliũ de sancto, & de Zion
tuebitur te.

Memor erit omnis sacrificij tui, & holo-
caustum tuum perlitabit.

Dabit tibi iuxta cor tuum, & omne confi-
lium tuum perficiet.

Exultabimus super salute tua, & maiesta-
ti Dei nostri magnificè gratulabimur:
perficiet enim Dominus omnes petio-
nes tuas.

Nunc scio quòd saluum faciet Dominus
vinctum suum: Dominus opem feret ei
de caelo suo sancto, virtute salutaris
dexteræ suæ.

Alij



Alij curribus, alij equis fidūt: nos autem
nominis Domini Dei nostri recorda-
bimur.

Isti supini cadent, nos autem surgemus,
& erecti stabimus.

Serua Domine, fer nobis auxilium, ò rex
quum inuocabimus.

Contra hostes populi Dei, ty-
rannos, hæreticos & phana-
ticos spiritus.

Psal. LXXXIII.

DEus, ne taceas, ne cesses, & ne cun-
cteris Deus.

Ecce enim hostes tui tumultuātur, & ofo-
res tui efferunt caput.

Aduersus populum tuum occultas fute-
las
struunt, & coniurant aduersus arcana
tua.

Dicunt, Adeste, extirpemus eos è gētium
numero: vt nominis Israëlitici nulla
memoria reliqua fiat.

Conspirarunt enim ex corde, & foedus in
te coniurarunt.

Tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ,
Moabitæ & Agareni.

Gebal, Amon, & Amalec, Palæsthini cum
Tyri ciuibus.

His adhæret Assyrius, perpetuus cōmi-
lito

lito filiorum Lot.

Fac eis sicut Madianitis & Sisareæ, sicut
Iabino ad flumen Chison.

Qui fracti sunt in Endor, & sterquiliniū
terræ facti.

Duces autem eorum similes fac Orebo,
Zebo, Zebeæ, & Zalmanæ, Omnes du-
ces eorum.

Qui dixerunt, Vendicemus nobis habita-
culum Dei.

Deus meus redde eos rotæ similes, & sti-
pulæ quæ vento exposita est.

Sicut ignis nemora incendit, & sicut mon-
tes flamma inflammat.

Sic persequere illos procella tua, & turbi-
ne tuo obrue.

Perfunde vultus eorum pudore, vt requi-
rant nomen tuum Domine.

Erubescant & cōturbentur vsque in sem-
piternum, confundantur & pereant.

Vt experiātur quòd tu Domine solus es,
nomen tuum solum est, solus altissi-
mus super omnem terram.


FINIS.

Symb

S Y M B O L I

A P O S T O L O R V M

explicatio.



*Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem celi
& terræ.*



R E D O in Deum patrem omnipotentem, qui condiderit cælum ac terram, & quicquid cælo terræque continetur atq; etiam mentes angelicas. Cum Deum dico, sentio mentem quandam esse æternam, quæ nec initium habuerit, nec finem sit habitura, qua nihil esse potest nec maius, nec sapientius, nec melius: quæ nutu suo omnipotenti quicquid est rerum visibilibium aut inuisibilibium condidit, quæ sapientia sua mirabili moderatur & gubernat vniuersa, sua bonitate pascit ac seruat omnia, atque hominum genus collapsum gratuito restituit. Quæ tria sunt præcipua in Deo, & è quorum cognitione hic fructus percipitur. Nempe cum omnipotentem cogito, me totum illi submitto,

mitto, ad cuius maiestatem nihil est hominum aut angelorum sublimitas. Deinde plena fiducia credo, quod ab illo factum tradunt sacrae literae, simulque futurum quicquid ille promisit, quando nutu quicquid vult potest, quantumvis homini videatur impossibile. Ita fit, ut meis viribus diffusus, totus ab illo pendeam, qui potest omnia. Vbi sapientiam illius intueor, nihil tribuo meae sapientiae: verum credo omnia rectissime iustissimeque ab eo fieri, etiamsi iuxta sensum humanum videantur absurda atque iniqua. Quum bonitatem considero, video nihil esse in me, quod illius gratuitae beneficentiae non debeam, & nullum arbitrator esse tantum crimen, quod ille nolit ignoscere resipiscenti, neque quicquam esse quod ille non sit largiturus cum fiducia petenti. Neque satis esse puto quod credam illum talem, sed sincero affectu totam fiduciam ac spem in illum transfero, detestans fatanam, omnemque idolatriam, & quicquid est artium magicarum: illum solum adoro, nihili illi nec praefereus, nec aequans, non angelum, non patrem, non liberos, non uxorem, non principem, non opes, non honores, non voluptates: paratus & vitam illius

causa perdere si iusserit, certus eum non posse perire, qui se totum illi tradiderit. Si quid veneror, si quid metuo, si quid amo præter eum, eius causa amo, metuo, colo, omnia ad illius gloriam referens. semper illi gratias agens siue læta contingant, siue tristitia, siue mori detur, siue viuere.

*Et in Iesum Christum filium
eius unicum, Domi-
num nostrum.*

Credo Iesum Christum Deum esse & hominem, illique facile fuisse efficere, vt Deus esset immortalis, & homo mortalis, qui quicquid vult potest. Et ob diuinam naturam, quam eandem habet cum Patre, quicquid magnitudinis, sapientiæ & bonitatis attribuo Patri, idem tribuo & Filio: quicquid debeo Patri, debeo & Filio, nisi quòd ita visum est Patri, vt per Filium conderet ac donaret nobis omnia. Porro quòd sacræ scripturæ magis eum Dominum appellent, quàm Deum, hinc est quia Deus authoritatis est nomen, quæ Patri conuenit: Dominus, redemptoris & assertoris,

ris, tametsi Pater redemit per filium, & filius Deus est ex Deo. Et quanquam homo sit, nihilominus fiduciam meam in illum colloco. Siquidem huic vni homini data est omnis potestas in cælo & in terra, vt in nomine eius flectatur omne genu cælestium & inferorum. Quanquam nec in hoc fiducia speique meæ sacram, vt aiunt, anchoram figerem, nisi Deus esset. Filium autem appellat, ne quis creaturam esse somniet. Vnicum, vt discernatur naturæ filius ab adoptiuis, cuius cognominis honorem nobis etiam impertit, vt neminem præter hunc alium expectemus.

*Qui conceptus est de Spiritu
sancto, natus ex Ma-
ria uirgine.*

CRedo eundem hominem factum, vt homines, homo reconciliaret Deo, Conceptum citra virilem operam officio Spiritus sancti, ac natum ex incorrupta virgine Maria de illius substantia sumpto mortali corpore. Sicque nasci voluit, quia sic nasci decebat Deum, sic decebat nasci eum, qui nostræ conceptionis ac natiuitatis sordes purificaret.

Hominis filius nasci voluit Deus, vt nos in illum renascentes efficeremur filij Dei. Credo certissimè eum versatum in terris, ea gessisse miracula, ea docuisse quæ prodita sunt literis Euāgelicis, eumque hunc esse Messiam illum, quem delineabant figuræ legis, quem promiserant oracula Prophetarum, quem tot seculis expectarant Iudæi, atque huius doctrinam ac vitam sufficere ad perfectam pietatem.

*Passus sub Pontio Pilato,
crucifixus.*

Credo eundem IESUM verè comprehensum à Iudæis, vinctum, colaphis & alapis cæsum, consputum, irrisum, flagellatum sub pontio Pilato, ac denique suffixum in crucem, atque inibi mortuum. Credo cum immunè ab omni cuiuscunque peccati lege, atque agnū absq; macula. Hæc omnia sponte sua libenter ac etiam sitienter ex voluntate patris perpeffum. Quem pater vnicum & innocentem existentem filium, sibi que charissimum, hæc tam atrociam pati voluit, vt hac victima nos nocentes sibi reconciliaret, in illius nomen collocantes fiduciam ac spem

ac spem nostram. Cæterùm, quòd genus humanum sic collapsum nulla alia ratione, vel meliùs, vel ad salutem nostrã utiliùs sarcire potuisset, non humana aliqua ratio, sed fides persuasit. Idque mortis genus quod iuxta mundum probrisimum erat, potissimùm illi placuit, quia diri lentique cruciatus cõueniebant illi, qui porrectis in omnem mundi plagam membris, omnes orbis nationes inuitaret ad salutẽ, & homines terrenis curis adfixos euocaret ad cælestia. Dénique vt referret nobis serpentem æneum, quem Moyses suspenderat in stipite, vt quicumque defigerent in illum oculos, sanarentur à vulnere serpentum, fidemque Prophetæ liberaret, qui prædixerat: Dicite in nationibus, regnauit à ligno Deus.

Mortuus & sepultus.

CRedo quòd propterea sepeliri voluerit, idque tam accuratè oblitus unguentis, inclusus nouo monumento, ob signato ostio, adhibitis etiam custodibus publicis, quò magis constaret eum esse verè mortuum. Neque statim reuixit: nam si mors fuisset ambigua, fuisset & ambigua resurrectio, sed hanc voluit esse certissimam.

Descendit ad inferos.

Credo firmiter etiam descendisse ad inferos, vel quia congruit cum prophetia psalmi: Non derelinques animam meam in inferno: & rursus, Domine, eduxisti ab inferis animam meam. Vel quia Petrus apostolus in epistolæ prioris (de cuius autoritate nunquam fuit dubitatum) capite tertio scripsit hunc in modum: Mortificatus autem carne, viuificatus autem spiritu, in quo & his qui in carcere erant, spiritu veniens prædicauit. Verum ut credo descendisse ad inferos, ita non credo illhîc aliquid esse passum. Descendit enim, non ut illhîc cruciaretur, sed ut nobis frangeret regnum satanæ: sed mortuus est ut nos peccato mortuos reuocaret ad vitam.

Tertia die resurrexit à mortuis.

Reuixit tribus potissimum de causis. Primum, ut nobis certam spem faceret resurrectionis: deinde ut eum sciremus immortalem esse, nec vnquam moriturum, in quo præsidia salutis nostræ collocauimus. Postremò, ut nos quoque per pœnitentiam mortui peccatis, per bapt

†
v. 18
v. 19.

baptismum vnà cum illo sepulti, per gratiam eius reuocaremur ad vitæ nouitatem.

*Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram
Dei patris omnipotentis.*

Credo quòd idem corpus quod mortuum fuit in cruce, quod reuixit in sepulchro, quod visum & cōtrectatum est discipulis, subuexerit in cælū. Terras idē relinquere voluit, vt illum omnes spiritaliter amaremus, neq; quisquam in terris sibi Christum propriè vindicaret, sed omnes ex æquo tolleremus animos in cælum, scientes illhic esse caput nostrum. Credo quòd illhic immortalitate donatus assideat dexter patri, vr rerum omniū Dominus atque totius regni paterni confors. Hoc ipse discipulis promiserat futurum, atque hoc spectaculum exhibuit Stephano martyri suo, ne nos vlla in re trepidaremus, gnari quàm potentem patronum ac Dominum habemus in cælis.

*Inde uenturus est iudicare uiuos
& mortuos.*

Quam certum habeo esse hactenus peracta quæ prophetæ de Christo prædixerant, tam habeo certum, fore quicquid in posterum uoluit nos expectare. Prior aduentus exhibitus est iuxta uaticinium Prophetarum, quo uenit humilis ut nos institueret ac seruaret. Exhibetur & secundus, quo ueniet sublimis in gloria patris, ante cuius tribunal sisti cogentur omnes homines, cuiuscunque nationis, cuiuscunque status, siue reges, siue plebei, siue Greci, siue Scythæ: nec solum hi quos aduentus ille depræhendet uiuos, uerum etiam omnes qui ab initio mundi usque ad illud tempus mortui fuerunt, subito reuiuiscunt, & suo quisque tempore conspiciet iudicem. Aderunt & angeli beati tanquam famuli fideles, aderunt & dæmones iudicandi. Tum è sublimi pronuntiabit ineuitabilem sententiam, quæ diabolum cum his qui illi adhæserunt, tradet æternis suppliciis, ut postea nulli possint nocere: pios transferet in consortium regni cælestis, tutos ab omni molestia: quanquam huius aduentus diem nobis ignorum esse uoluit.

Cre

Credo in Spiritum sanctum.

Credo Spiritum sanctum verum esse Deum, vna cum Patre & Filio. Credo hoc Spiritu afflato fuisse, qui nobis veteris ac noui Testamenti libros traderunt, sine cuius ope nemo peruenit ad salutem. Spiritus autem appellatur, quòd quemadmodum corpora nostra viuunt halitu, ita tacito sancti Spiritus afflatu viuificantur animi nostri.

Sanctam Ecclesiam catholicam.

Credo sanctam Ecclesiam, quæ est corpus Christi, hoc est, congregatio quædam omnium per vniuersum orbem, qui consentiunt in fide euangelica, qui colunt vnum Deum patrem, qui totam suam fiduciam collocant in eius Filio, qui eodem huius Spiritu aguntur, à cuius consortio refecatur, quisquis admittit crimè lethale.

Sanctorum communionem.

Sanctam Ecclesiam esse vnius Dei, vnius Euangelij, vnius fidei, vnius spei professionem, eiusdem Spiritus, eorum-

dem sacramentorum participationē, breuiter, talem quandam bonorum omnium inter pios omnes communionem, quæ fuerunt ab initio mundi vsque ad finem, qualis membrorum corporis inter ipsa societas, sic vt aliorum benefacta subueniant aliis, donec viua sunt membra corporis. Cæterum extra societatem hanc ne propria quidem benefacta conducunt cuiquam ad salutem, nisi reconcilietur sanctæ Congregationi.

Remissionem peccatorum.

Quia extra Ecclesiam non est vlla peccatorum remissio, quantumuis homo se maceret pœnitentia, vt exercent opera misericordiæ. In Ecclesia, in quam, non hæreticorum, sed sancta, hoc est, spiritu Christi congregata, est remissio peccatorum per baptismum, & post baptismum per pœnitentiam & clauis Ecclesiæ datas.

Carnis resurrectionem.

Carnem cum dico, intelligo corpus humanum, humana anima animatum, & quod vnaquæque anima recipiet suum
corpus

corpus quod exanime reliquerat, & idem hoc vnde demigrarat. Nam qui potuit quicquid vult ex nihilo creare, illi difficile non est, quod ex sua forma mutatum est, in pristinam naturam restituere. Neque conuenit anxie disputare, quibus modis id fiat. Mihi satis est quod qui promittit hoc futurum, sic verax est, vt mentiri non possit, sic potens est, vt quicquid velit nutu possit efficere, vt nimirum totus homo gloriatur cum Christo, qui hinc totus afflictus est cum Christo. Quod si non credam, frustra superiora omnia crederem.

Et uitam æternam.

QUum duplex mors sit, corporis, bonis ac malis omnibus communis, & animi: mors autem animi peccatum est, at post resurrectionem piis erit æterna vita, tum corporis, tum animi. Nec enim corpus erit amplius obnoxium morbis, senio, fami, siti, dolori, lassitudini, morti, aut vlli incommodo: sed spirituale factum spiritus arbitrio mouebitur. Nec animus deinceps vllis vitiis aut doloribus sollicitabitur sed sine fine fruetur summo bono qui est Deus. Cõtrà, impios, mors æterna posside

possidebit, tum corporis tum animi.
 Nam & corpus habebunt, ad æternos
 cruciatus immortale, & animum
 peccatorum stimulis semper
 afflictum absque spe
 veniæ. Amen.

FINIS.

D O M I N I C A

P R E C A T I O D I -

gesta in septem parteis,

iuxta septem

dies, per



D E S. E R A S. R O T.

*Pater noster qui es in cælis, sanctifice
tur nomen tuum.*



V D I Pater in cælis habi-
tans vota filiorū tuorum,
corpore quidem hoc mor-
tali adhuc in terris hæren-
tium, cæterū animis ad
cælestem patriam ac domum paternam
anhelantium, vbi intelligunt sibi reposi-
tum thesaurū æternę felicitatis, hæredita-
tem vitæ immortalis. Agnoscimus tuam
sublimitatem, conditor, seruator, ac mo-
derator omniū quæ in cælis sunt, & quæ
in terris: agnoscimus nostram humilita-
tem. Nec auderemus te patris vocabulo
cōpellare, indigni qui serui dicamur tui:
nec honorificentissimum nomen filio-
rum

rum nobis vindicare, quo nec angelos tuos dignatus es, nisi tua gratuita bonitas nos in huius nominis honorem adoptasset. Eramus serui peccati, infeliciter geniti ex Adam: eramus filij Satanæ, cuius spiritu ad omne flagitiorum genus agebamus. Sed tu nostri misertus per vnigenitum filium tuum Iesum exemisti nos à seruitute peccati: emancipasti à patre diabolo: vindicasti ab æterni ignis hæreditate: ac per fidem & baptismum in filij tui corpus infitos, adoptare dignatus es, & in nominis, & in hæreditatis consortium. Ac ne quid diffideremus tuæ erga nos pietati, veluti pignus quoddam tuæ erga nos charitatis, cælitus immisisti in animos nostros spiritum filij tui, qui propulsato timore seruili, non veretur in cordibus nostris assiduè clamare, Abba pater. Docuit & hoc nos filius tuus, per quæ nobis largiris omnia, vt iam tuo spiritu renati, posteaquàm in baptismo renuntiauius patri diabolo, posteaquàm desimus habere patrem in terris, solum patrem cælestem agnosceremus, cuius potentia conditi sumus, cùm nihil essemus: cuius bonitate restituti sumus, cùm periissemus: cuius sapientia gubernamur & conseruamur, ne reuoluamur in exitium.

Addi

Addidit ille tui compellandi fiduciam:
 præscriptit prædicandi formulam: Agno-
 sce filij tui precationem, agnosce filij tui
 spiritum, te pro nobis per nos interpellan-
 tem. Non dedignaberis ab his appellari
 pater, quos filius tuus tui simillimus, di-
 gnatus est appellare fratres. Non est cur
 nobis placeamus, sed est cur tuam filiique
 tui benignitatem glorificemus: cum ni-
 hil hinc sibi vindicare possint nostra me-
 rita, sed totum hoc tuæ gratuita sit libe-
 ralitatis. Placuerunt tibi magis charita-
 tis & pietatis vocabula, quam timoris: Pa-
 ter audire mauis, quam Dominus. Reda-
 mari præoptas à filiis, quam à seruis ti-
 meri. Amasti prior & hoc ipsum tui mune-
 ris est, quòd te redamamus. Audi pater spi-
 rituum, filios tuos spirituales, te in spiritu
 adorantes. Talibus enim adoratoribus
 delectari te, docuit nos filius tuus, in hoc
 abs te missus in mundum, vt doceret nos
 omnem veritatem. Audi vota concordia.
 Non enim conuenit, vt fratres, quos tua
 bonitas æquauit in honore gratuito, am-
 bitione, contentione, odio, liuore inter
 sese dissideant. Omnes ex eodem patre
 pendemus, omnes eadem petimus. Nec
 sibi quisque peculiariter rogat aliquid,
 sed velut vnius corporis membra, eodem
 anima

anima spiritu, quod in cōmune omnibus expediat, postulamus. Nec enim auderemus aliud abs te petere, quàm quod iussit filius tuus: nec auderemus aliter petere quàm ille præscripsit. Sic enim petentibus promisit filius tuus fore, ut quicquid peteremus in ipsius nomine, impetraremus. Quoniam autem cum Dominus noster Iesus filius tuus ageret in terris, nihil ardentioribus votis exoptavit, quàm ut nomen sanctum tuum non solum in Iudæa, sed per vniuersas orbis nationes inclaresceret: nos quoque huius & hortatu & exemplo flagrantibus desideriis optamus, ut adorandi nominis tui gloria cælum, ac terram impleat, ut omnis creatura tremat tuam ineuitabilem potentiam, veneretur æternam tuam sapientiam, amet ineffabilem bonitatem. Tua quidem gloria ut immensa, ita nec initium habens, nec finem habitura, semper florens in sese, neque crescere potest, neque decrescere sed humani generis refert, ut illa cunctis innotescat. Nobis enim vita æterna est, nouisse te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Tui nominis splendor obscuret & extingat in nobis omnem humanam gloriam. Ne quisquam sit, qui sibi vel minimam aliquam gloriæ portionem

tionem ausit vsurpare. Nam gloria quæ est extra te, mera est ignominia. Efficit hoc pietas naturæ in filiis iuxta carnem progenitis, vt ingenti affectu desiderent honestam famam parentum suorum. Videmus quàm gestiant gaudio, quàm exultent, quàm sibi placeant, si contingat aliquis egregius honos his vnde prognati sunt: puta si triumphus, si statua in foro cum honorifica inscriptione, si principatus. Parentis enim gloriam pro sua dicunt. Rursum quàm mœrent, quàm deiciuntur animo, si quid ignominia contingat inuri nomini paterno. Adeò penitus inseuit hoc animis hominum naturæ affectus, vt parentes in filiis & filij gloriantur in parentibus. At nos, quo vehementior est pietas diuina, quàm affectus humanus, hoc ardentius sitimus tui nominis gloriam, ac discruciamur vnicè, si, cui soli debetur omnis gloria, ignominia afficiatur. Non quòd vllò probro possit inquinari tuæ gloriæ splendor, sed quòd ad nos attinet, quodammodo fit iniuria tuo nomini, cum Gentes vel ignorato vel contempto rerum omnium conditore, venerantur & adorant contemptissimas etiam creaturas, veluti saxneas aut li-

neas, aut coloribus fucatas imagines, boues, arietes, simias, porrum, cepe, & in his omnibus impuros dæmones. His veluti diis canuntur hymni, immolantur victimæ, incenduntur thura. Hæc videntes filij tui, discruciamur duplici in nomine: & quòd tu fraudaris debita gloria, & quòd illi miseri pereunt sua dementia. Quin & Iudæi non desinunt in synagôgis suis Filium tuum vnicum abominâdis probris afficere. Quicquid autem probri confertur in filium tuum vnicum I E S V M, qui splendor est tuæ gloriæ, in te confertur. Nobis probri loco impingunt gloriosum cognomē filij tui, ignominiosius ducentes, appellari Christianum, quàm furem aut homicidam: nobis exprobrant crucē Filij tui, quæ nostra est gloria. Nos hoc tuæ debemus misericordiæ, quòd te salutis omnis authorē agnoscimus, quòd tibi æqualem Filium tuum adoramus, quòd vtriusq; spiritum hausimus. Misereatur & istorum tua clementia Pater cælestis, vt Gentes relicto simulachrorum cultu te solum venerentur: Iudæi, relicta superstitione legis, spiritu tuo docti, si agnoscunt Deū, ex quo omnia, agnoscant & Dei filium, per quē omnia: agnoscant &

& Spiritum sanctum, diuinæ naturæ confortem: in tribus personis adorent eandē maiestatem, & in simplici essentia agnoscant triplicem personarum proprietatē: vt omnis natio, omnis lingua, omnis sexus, omnis ætas vbiq; consentiat in gloriam & laudem tui sanctissimi nominis. Vtinam autem & nos, qui filij tui vocamur, apud hos qui te ignorant, non simus dehonestamento tuæ gloriæ. Quemadmodum enim gloria patris est filius sapiens, ita filij degeneres ignominiam cōciliant parentibus suis. Non est autem germanus filius, qui pro sua virili non imitatur ingenium ac mores patris sui. Filius tuus IESVS germanissimus est filius: quia perfectissima est imago patris, quem totum refert ac representat. Nos qui adoptione, non natura filij sumus, conformātes nos ad exemplū Filij tui, pro viribus accedere conamur ad aliquam tui similitudinē: vt quemadmodū perfectissimè glorificatus es in filio tuo, ita pro modulo nostræ imbecillitatis glorificeris & in nobis. Glorificaris autem, si mundus conspiciat nos iuxta filij tui doctrinam viuentes, te super omnia diligentes: si proximum perinde vt nos ipsos diligimus, diligentes: si



bene volentes, qui nobis volūt malè, bene facientes, qui nobis malè faciunt. Hæc enim nos docuit filius tuus, prouocans ad imitationem patris cælestis, qui solem suum iubet oriri super bonos ac malos. Quantum autem dedecus inuehunt gloriæ tuæ, qui cū Christiani vocentur, furantur, inœchantur, litigant, belligerantur, ambiunt, vlciscuntur, fraudant, perierant per adorandum nomen tuum, nonnunquam & blasphemias inestunt: ventrem habent pro Deo: te contempto, Mammonæ seruiunt. Nam hominum vulgus Deum ex ipsius cultoribus æstimat. Etenim quum vident tui nominis professores impiè viuentes, dicunt: Valeat ille Deus, qui tales habet cultores: valeat ille Dominus, qui tales habet seruos: valeat ille pater, qui tales habet filios: valeat ille rex, qui talem habet populum. Eòq; filius tuus nos docuit, vt quæadmodum ipse & viuens & moriens glorificauit nomen tuum, ita nos quoq; pro nostro modulo castis & inculpatis moribus, gloriam tui nominis illustremus. Luceat, inquit, lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.

In

In nobis ô pater celestis nihil est lucis, nisi fuerit abs te profectum, qui perennis es fons omnis luminis : nec ex nobis quicquam proficisci potest bonorum operû. Itaque tua bonitas in nobis operetur, tua lux in nobis luceat, quemadmodum lucet in rebus omnibus abs te conditis, æterna tua potentia, inscrutabilis sapientia, inæstimabilis benignitas, quã præcipuè tamen erga genus humanum declarare voluisti. Itaque quocunque vertimus oculos, omnia canunt nominis tui gloriam. Aetherei spiritus die noctûq; regem suû laudibus celebrant. Iam hæc tam admiranda cælorum fabrica quam suspicimus, elementorum discors concordia: statim maris accessus & decessus, fontium scatebrę, perennes annium cursus, tot rerum, tot arborum, herbarum & animantium species, ac singulis quibusque sua quædam vis insita, vt magnes ferrum attrahat, herbarum morbis præsens remedium adferant. Hęc, inquam, omnia quia quid aliud nobis loquuntur, quàm nominis tui gloriã te solum esse verû Deum, solum æternû, solum immortalem, solum potentem, solum sapientem, solum bonum, solum misericordem, solum iustum, solum vera-



cem, solum admirabilem, solum amabilem, solum adorandum. Iniuriam facit tuo glorioso nomini pater, qui ex his titulis, qui tibi soli debentur, quicquam sibi decerpit. Nam si quid harum virtutum in nobis est, id omne abs tua proficiscitur munificentia. Da igitur Pater, ut vndique glorificetur nomen tuum, Reluceat & in moribus nostris, non minus quam in angelis cæterisque rebus abs te conditis, tui nominis gloria: ut quemadmodum qui mundum hunc contemplantur, ex admirabili opificio colligunt opificis magnitudinē: ita qui te nō norūt, exemplo nostro commoti, & suam agnoscant turpitudinem, & tuam admirentur benignitatem: & hac ratione conuersi, simul nobiscum glorificent sanctissimum nomen tuum, ac filij tui I E S V, & ab utroque proficiscentis Spiritus sancti, quibus ex æquo debetur omnis gloria, per omnia secula. Amen.

Veniat regnum tuum.

Pater cælestis, author, conditor, conseruator, instaurator, & gubernator
omnium

omnium quæque in cælis sunt, quæque in terris à quo vno manat omnis auctoritas, potestas, regnum, imperium, & conditis & non conditis, visibilibus pariter & inuisibilibus: cui cælum thronus est, cui terra scabellum pedum, cui sceptrum æterna atque immobilis voluntas, cui nulla potentia potest resistere: olim per Prophetas tuo spiritu afflatus, pollicitus es tuis ad salutem humani generis regnum quoddam spirituale, quod in te renatos assereret in libertatem, exemptos à tyrannide diaboli, qui iam pridem regnabat in hoc mundo peccatis obnoxio, & ad hoc regnum asserendum Filium tuum vnigenitum è cælis in terras mittere dignatus es, qui nos morte sua redemptos è seruis diaboli, redderet filios Dei. Nam & Evangelicam doctrinam suam, dum in terris esset, solitus est appellare regnum cælorum: & regnum Dei, quod occultum & inter nos abditum esse docuit: optant & illud tui Filij, votisque ardentibus flagitant, vt hoc regnum, quod Dominus noster IESVS cœpit tibi vindicare, in dies magis ac magis sese proferat, & quotidie latius propagetur in terris, donec illud tibi plenum & integrum tradat idem filius

tuus, subiectis omnibus quos æterna tua voluntas huic regno destinarat: sublataque iam omni rebellionē spirituum ac malorum cupiditatum, quæ nunc quoque militant aduersus maiestatem tuam, tuæque reipublicæ tranquillitatem infestant, vndique peccatum ac tranquillum sit regnum tuum. Adhuc enim mundus hic omnibus machinis oppugnat filios tuos, mortali corpore onustos: adhuc humanæ cupiditates, veterisque peccati reliquæ rebellionē moliuntur aduersus spiritum: adhuc noxij spiritus, quos tu è ciuitate tua cælesti deturbasti, è sublimi aëre telis igneis impetunt, quos tu gratuita tua bonitate ex huius mundi regno selectos, cooptasti in regnum tuum filij tui cohæredes. Da pater omnipotens, vt quos tua pietas semel à peccati tyrannide liberatos, tuoque regno adscriptos esse voluit, eiusdem tuæ pietatis beneficio persistant in libertate sua: neque quisquam abs te filioque tuo deficiens, reuoluatur in diaboli tyrannidem. Ita fiet, vt & nos feliciter per filium tuum regnemus in te, & tu ad nominis tui gloriã regnes in nobis: Tua enim gloria, nostra erit felicitas: & nostra felicitas, tua erit benignitas. Docuit
nos

nos filius tuus IESVS huius mundi regnum contemnere, quod opibus, quod satellitio, quod copiis & armis constat, quod fastu violentiaq; geritur, quod crudelitate & paratur & defenditur. Nam ille spiritu caelesti vicit impium spiritum huius mundi principem, innocentia superavit peccatum, mansuetudine vicit ferociam, per summam ignominiam recuperavit aeternam gloriam, per mortem restituit vitam, per crucem de spiritibus impiis egit triumphum. Sic mirabiliter bellasti, sic vicisti, sic triumphas, ac regnas Pater in filio tuo IESV, per quem nos in huius regni consortium allegisti. Sic regnas ac triumphas in sanctis martyribus tuis, in castis virginibus tuis, in incorruptis confessoribus tuis. Nec enim illi suis viribus aut praesidiis vicerunt Tyrannorum saevitiam, aut carnis lasciviam, aut huius mundi malitiam: sed tuus spiritus, quem illis impertire dignatus es, ad tui nominis gloriam, & ad humani generis salutem haec omnia coepit, prouexit, ac perfecit. Optamus vt in nobis quoq; semper efflorescat regnum tuum, qui tamen non aedimus miracula, quoniam tempus aut res non exigit, si non includimur, excrucia-

mur, secamur, vrimur, suffigimur in crucem, demergimur in mare, aut decollamur: tamen illustrabitur & in nobis vis ac splendor tui regni, si mundus conspexerit nos tui spiritus præsidii inuictos aduersus omnes insultus Satanæ, aduersus carnem ad ea quæ sunt inimica spiritui sollicitantem, aduersus mundum omni machinarum genere prouocantem, vt deficiamus à fiducia, quam semel in te fiximus.

Quoties amore tui spreto huius mundi regno, sequimur promissa regni cælestis: quoties reiecto Mammona, vnicum illud margaritum Euangelicum amplectimur: quoties repudiatis omnibus, quæ iuxta carnem ad tempus dulcia videntur, æternæ felicitatis spe, omnia, quamuis dura, fortiter perpetimur: quoties vehementissimos naturæ affectus, & ea quæ nobis sunt charissima veluti parentes, liberos, vxorem, cognatos amore tui negligimus: quoties comprimentes æstus iracundiæ, pro conuitio sermonem amicis, pro maleficio beneficium tui respectu rependimus: toties debellas in nobis regnum Satanæ, ac tui regni potentiam aperis. Sic visum est Pater tuæ sapientiæ, vt hac graui perpetuâque

tuâque colluctatione virtutem tuorum
 & exerceres & confirmares. Auge vires
 filiis tuis, vt semper è prælio discedant fir-
 miores, ac paulatim imminutis aduerfa-
 riorum opibus, tu in dies magis ac ma-
 gis regnes in nobis. Sed nõndum tuo iu-
 go Pater optime, totus mundus ceruicem
 submisit. Multas nationes adhuc occupat
 tyrannus ille Satanas. Nõndum est v-
 num ouile, & vnus pastor, quod futu-
 rum expectamus, Iudeis etiam in regnum
 Euangelicum sese aggregantibus: multis
 adhuc ignotum est, quanta libertas sit,
 quanta dignitas sit, quanta felicitas, tuo
 cælesti regno subiici: & ideo malunt esse
 mancipia diaboli, quàm filij tui, cohæ-
 redes I E S V, consortes regni cælestis.
 Et inter hos quoque qui nunc intra Ec-
 clesiæ tuæ mœnia versantur, tuique re-
 gni insigne præ se ferunt, heu non pa-
 rum multi sunt, qui conspirant cum ad-
 uersario: regni que tui gloriam, quod in
 ipsis est, dedecorant, ac robur labefa-
 ctant. Optamus igitur vnicè tempus il-
 lud, quod tibi soli notum esse voluisti,
 quò iuxta Filij tui promissum, missi An-
 geli tui purgabunt aream Ecclesiæ tuæ
 ac sublatis zizaniis purū triticum colli-
 gent

gent in horreum, ac de regno tuo tollent omnia scandala, quum iam nec erit fames, nec paupertas, nec nuditas, nec morbus, nec mors, nec persecutor, nec vllum omnino malum aut mali metus: sed totum corpus vnigeniti tui simul agglomeratum capiti tuo, regni caelestis felicissimo consortio perfruatur. Qui verò interim diabolo Tyranno seruire maluerint, cum suo domino suppliciiis aeternis addicentur. Nimirum hoc est regnum Israël, quod I E S V Christo Filio tuo relicto terras, & ad te redituro discipuli mature restitui postulabant. Reddidisti caelum ab omni rebellione tranquillum, eiectione Luciferi cum sua factione. Sic olim resuscitatis in vitam corporibus hominum, separabis oves ab haedis: & qui regnum Euangelicum hinc pro sua virili sunt amplexi, ad aeterni regni possessionem inuitabuntur, quod illis destinarat tua bonitas ante conditum mundum. Hunc diem à filio tuo I E S V promissum, optamus Pater in celis habitans ac regnans, filij tui in terris, hoc est in exilio habitantes, grauati hoc domicilio terreni corporis, & ingemiscetes, quòd interim obnoxij multis incommodis distrahimur à
tuo

tuo consortio : vnde nobis tum denique perfecta felicitas proficiscetur, cum aperta iam facie videbimus regem, ac Patrem nostrum in decore gloriæ suæ. Hanc fiduciam non nobis præbent nostra merita, quæ scimus esse nulla: sed tua benignitas, quæ Filium totum nobis impendit, quæ Spiritum cælestem velut arrabonem huius hæreditatis impartit. Quod si dederis, vt cōstanter perseueremus in filio tuo I E S U, non poteris nos à regni tui consortio seiungere: cui cum eodem filio & Spiritu sancto debetur omnis honor, decus, & gloria in æterna secula. Amen.

Fiat

*Fiat uoluntas tua, quemadmo-
dum in caelo, sic etiam
in terra.*

Pater altor, ac moderator, omnium, quos tuus filius agnoscit fratres: agnoscit autem quicumque; sincera fide nomen ipsius in baptismo professi sunt. Clamant è terris filij tui ad te celos inhabitantem, & ab omni rerum conditarum mutabilitate procul semotum: optantes quidē venire in consortiū regni tui caelestis, quod nullo malorum admixtu vitiatum erit: sed intelligunt ad eam tranquillitatem non recipiendos, nisi qui hīc interim piis studiis meditantur esse, quod illic futuri sunt. Idem enim regnum est, eadem ciuitas caelestiū ac terrestrium, nisi quòd hīc interim colluctatio grauis est cum carne, cum mundo, cum Satana. Et isthic tamen non est quod cruciet, aut contaminet felicitatem beatorum spirituum, est tamen quod ad cōsummationem felicitatis desideretur: nimirū vt omnia filij tui membra colligantur in vnum, totūque corpus purum & integrū suo iungatur capiti. Itaque fiet, vt neque **CHRISTVS** vl-

luam

lum suorum membrorum desideret, nec animæ piorum desiderent sua corpora, quæ ut in terris habuerant cōsortia afflictionum, ita cupiunt in cælis à gaudiorū consortio non separari. Porro regni cælestis concordiam hic in terris meditatur, qui quandiu versantur in mortali corpore, velut germani & obedientes filij, studēt ea facere, quæ tua dictat volūtas, non ad quæ sollicitat cupiditas: non diiudicantes quare tu hoc, aut illud volueris, sed satis habētes quòd ita sit tua volūtas, quem sibi persuasum habent nihil velle, nisi quòd est optimum. Quæ sit autem volūtas tua, ex vnigenito Filio didicimus. Ille voluntati tuæ fuit obediens vsque ad mortē, & hanc vocem nobis deprompsit: Pater, si fieri potest, transfert à me poculū hoc: veruntamē fiat quod tu vis, nō quod ego: ut iam pudeat quēuis hominē suam voluntatem præferre tuæ. Habet caro voluntatem suam, quam tenerè deamat homo: habet mundus voluntatem suam, habet Satanas volūtatē suam à tua multū diuersam. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, quem nobis impertisti: & mundus sollicitat ad amorem rerū fluxarum: & Satanas vult ea, quæ pertrahūt homines

mines in æternum exitium. Nec satis est,
 in baptismo nos esse professos fore dicto
 audientes tuis iussis, ac renuntiasse impe-
 rio satanæ, nisi per omnē vitam constan-
 ter id præstemus, quod sumus professi.
 Sed hoc præstare nō possumus, nisi tu vi-
 res addideris conātibus, vt iam nō nostra
 voluntas, sed tua pater in nobis operetur,
 quod tua sapiētia iudicauit esse optimū.
 Qui carni viuūt, tibi mortui sunt, & iam
 filij tui non sunt. Quin & filiis tuis quan-
 diu corpus hoc terrenū circumferimus,
 subinde negotium facessit carnis volun-
 tas, tuæ præire gestiens. Da vt semper tua
 vincat voluntas, siue mori nos vis, siue vi-
 uere: siue affligi, vt corrigamur, siue suble-
 uari: vt tuæ benignitati gratias agamus.
 Satanæ voluntatem sequuntur, qui sacrifi-
 cant idōlis: qui cōuitiis incessunt adoran-
 dum filiū tuum I E S V M: qui diffidunt il-
 lius promissis: qui rebellionē parāt Euan-
 gelio, qui per inuidiam exitium moliun-
 tur proximo: qui per fas, per nefas in hoc
 mundo properant ditescere, qui fœdis vo-
 luptatibus inquinantur. At tua voluntas
 est, & corpus & animū habere purum &
 castum ab omnibus inquinamētis huius
 seculi: tuum, filiūq; tui honorem antepo-
 nere

nere ceteris omnibus : nemini irasci, ne-
 mini inuidere, neminem vlcisci, sed pro
 malefactis rependere beneficium: deniq;
 famem, exilium, carcerem, cruciatus, mor-
 tem perpeti citius, quam à tua sancta vo-
 luntate discedere. Hoc vt in dies magis ac
 magis prestare valeamus, adiuua pater cæ-
 lestis, vi in dies caro minus reluctetur spi-
 ritui nostro, vt spiritus noster magis ac
 magis vnanimis fiat spiritui tuo. Et quẽ-
 admodũ nunc multis in locis parent vo-
 luntati tuæ qui obediunt Euangelio filij
 tui: ita idem fiat per vniuersum terrarum
 orbem, vt omnes intelligãt te solum esse
 rerum omnium monarcham, tuisque di-
 uinis legibus volẽtes ac lubentes obediãt
 in terris, quemadmodũ in cælis nullus
 est qui tuæ volũtati repugnet. Nec possu-
 mus efficaciter velle quod tu vis, nisi tua
 diuina voluntas nos attraxerit. Iubes vt
 tuæ morem geramus voluntati: neque
 enim filiorũ nomen promerebimur, nisi
 paternis iussis per omnia fuerimus obse-
 quẽtes. Sed tua pietas, quæ nos nihil pro-
 meritos ad hoc honoris adoptare digna-
 ta est, eadem dignabitur & promptam &
 constantem largiri volũtatem, ne qua in
 re diuinæ voluntatis tuæ præscriptũ præ-



tergrediamur: sed mortificata carne nostra, tuo spiritu agamur ad omnia, quæ pia sunt gratâq; oculis tuis: vt & tu Pater agnoscas filios non degeneres, & Filius tuus agnoscat fratres germanos, hoc est, vterque suum in nobis agnoscat, beneficium, quibus est communis cum Spiritu sancto gloria in æterna secula.

Amen.

Panem

*Panem nostrum quotidianum
da nobis hodie.*

Pater noster cælestis, qui tu ineffabili benignitate largiter pascis omnia, quæ mirabiliter cōdidisti, prospice & nobis tuis filiis in cælestem familiam selectis, & ex te pendentibus, spirituales ac cælestem alimoniã: vt tuæ voluntati seruiētes, adolescamus & grādescamus quotidianis virtutum auctibus, donec iuxta naturæ nostræ modulū perueniamus ad perfectum robur plenitudinis, quæ est in Christo Iesu. Filij huius mundi quādiu non sunt abdicati, sed parentibus vtuntur propitiis, nō sunt solliciti de victu, nimirum prospiciente ipsis benignitate paterna. Nos autem multò minùs sollicitos esse cōuenit, quos Iesus filius tuus docuit abicere omnem sollicitudinem crastini: confirmans patrem tam opulentum, tam benignum, tam amantem, cui tantopere curæ sumus, non commissurum, vt cum, passerculis etiã vagis de victu prospiciat: cum lilia pratensia tanto decore vestiāt, nobis ad filiorū honorem coaptatis vestis desit, aut cibus corporis. Sed illa potius omnibus neglectis quæreda, quæ pertinet

ad regnum tuum eiusque iustitiam. Neque enim tibi placet iustitia Phariseorum, quæ carnalis est, quum tui regni iustitia spiritualis sincera fide constet, & charitate non ficta. Non magnum est tuæ largitati corpusculum hoc pane frumenticio pascere, quod etiam si non pereat fame, tamen morbo, senio, aliòve casu breui fit periturum: sed filij spirituales à patre spirituum spiritualè illum ac cælestem panem flagitamus, per quem verè viuimus omnes, qui filij tui verè nominamur. Is est sermo tuus, omnipotens vitæ largitor & altor, què nobis de cælo mittere dignatus es, fame pereuntibus. Non enim explebat animum nostrum panis Philosophorum aut Phariseorum: sed panis ille tuus, quem nobis misisti, vitam reddit mortuis: de quo quisquis ederit, non morietur in æternum. Per hunc panem reuiximus, per hunc alimur ac saginamur, & adulescimus ad perfectum robur spiritus. Hic nobis quotidie traiciendus in animæ viscera: nec salutaris est, nisi tu pater quotidie dederis. Corpus unigeniti tui panis est, cuius participes sunt omnes, qui versantur in magna domo tua, quæ est Ecclesia. Unus panis est, omnium communis, quemadmodum

dum & nos vnum corpus sumus, cōstans ex membris diuersis, sed eodē spiritu vegetatis. Verūm hic quanquā ab omnibus sumitur, multis tamē adfert mortē. Non enim adfert vitam, nisi tu dederis quotidie, addens tuæ gratiæ cælestis condimentum, vt sumentibus sit salubris. Veritas est filius tuus & veritas Euangelica panis est, quem nobis reliquit in alimoniā spiritualem. Et hic panis multis amarus est, qui animi palatum feбри malarum cupiditatum habent infectum. Quòd si tu pater, eum porrexeris, suavis erit, reficiet afflictos, eriget collapsos, robur addet infirmis, eriget pusillos, denique & vitam conferet æternam. Quoniam autem infirmitas humanæ naturæ semper in deterius prolabitur, quoniam animus quotidie multis impetitur arietibus: quotidie tuo pane filios confirmes oportet, impares alioqui futuros tot tam validis hostibus, tot assultibus, tot terriculamentis. Quis enim ferat esse mundi ludibriū, relegari, protrudi in carcerem, vinciri, damnari, torqueri, exui facultatibus, spoliari vxore charissima ac dulcissimis liberis: deniq; crudeli morte perimi, nisi fuerit tuo cælesti pane subinde confir-



matus? Qui docet Euangelicum sermo-
nem, porrigit nobis hunc panem: sed fru-
stra porrigit, nisi tu dederis. Complures
sumunt corpus filij tui, cōplures audiunt
sermonem Euangelicum, sed nihilo vege-
tiores discedunt, quam venerant, propte-
reà quòd non promerentur, vt tu Pater
illis porrigas inuisibiliter. Hunc igitur
panem benignissime Pater, imparti filiis
tuis quotidie, donec eo vesci continget in
mensa tua cælesti, quæ regni filios felici-
ter explebit perenni copia veritatis æter-
næ, qua perfrui perfecta felicitas est, ne-
sciens desyderium alterius rei, siue quæ in
cælis est, siue quæ in terris. In te enim vno
sunt omnia, & extra te nihil est, quod
sit expetendum, qui cum filio tuo
Iesu, cūmque Spiritu san-
cto viuis & regnas
in omnia se-
cula.

A M E N.

Et re

*Et remitte nobis debita nostra, sicut
& nos remittimus debito-
ribus nostris.*

Est quidem illud tuæ voluntatis Pater
cælestis, author pacis, & amator con-
cordiæ, vt filij tui quos tua bonitas tot
vnanimitatis vinculis copulauit, quos eo-
dem animas spiritu, eodem baptismo pur-
gas in eadem domo, quæ est Ecclesia, so-
cias, communibus Ecclesiæ sacramentis
foues, ad eandem hæreditatem regni cæle-
stis ex æquo vocasti, quò sint firmiores,
in tua familia viuât vnanimes, neq; quic-
quam dissidij sit inter eiusdem corporis
membra, sed mutua charitate copulêtur:
tamen quoniã adhuc mortale corpus cir-
cunferunt, fieri vix potest, quin per imbe-
cillitatem naturæ quædam incidant offen-
sæ, quæ fraterne concordie serenitatem, si
non extinguant, certè obnubilênt, extinctu-
ræ tandem, ni tua clementia quotidie con-
donet quotidie peccantibus. Quoties au-
tê fratres nostros offendimus, offendimus
& te Pater, qui iussisti, vt proximum no-
strũ non secus diligamus, quàm nos ipsos.
Sed filius tuus nõ ignorans imbecillitatẽ

membroꝝ suozum, & huic malo com-
 monstꝛauit remediũ, in certam spem
 vocans nos, fore vt tua clementia remit-
 tat nobis peccata noſtra, ſi nos viciffim
 ex animo condonauerimus, quod frater
 peccauit in nos. Eſt autem æquiſſima im-
 petrandæ veniæ conditio, quam præſcri-
 pſit filius tuus Ieſus. Et enim qua tan-
 dem fronte deprecatur vindictam patris,
 qui leuem offenſam in fratre ſuo parat
 vlcifci? Quo tandem ore tibi dicit: re-
 mitte iram, quum ipſe perſeueret irafci
 proximo? Qua fiducia ſe iactat mem-
 brum filij tui, qui quum immunis eſſet
 ab omni delicto, te pro parricidis in cru-
 ce deprecatus eſt, vt ignoſceres, qui ipſe
 peccatis obnoxius non vult ignoſcere fra-
 tri, in quem & ipſe ſubinde peccat: vt hîc
 fit potius mutua veniæ permutatio, quàm
 ignoſcentia? Ingratum eſt oculis tuis ſa-
 crificium, quod offert iræ memor, & con-
 cordiæ ſarciendæ negligens. Ita nos do-
 cuit Filius tuus, etiam ad altare relicto
 munere, properandum ad fraternæ pacis
 reconciliationem. En pater optime, ſequi-
 mur quod tuus docuit Filius, imitamur
 quod ille præſtitit. ſi agnoſcis à filio præ-
 ſcriptam conditionem (nec dubium eſt
 quia

quin agnoscas) largire quæsumus cuius ille spem certā nobis præbuit: Sic ille nos iussit orare, neque semel confirmavit nos exoratuos, quicquid abs te in ipsius nomine peteremus. Præbuit ille petendi fiduciam, tu per illum largire petentibus veniam. Agnoscamus imbecillitatem nostram, & hinc intelligimus quò turpitudinis essemus prolapsuri, nisi tua custodia nos arceret à vitiis grauioribus. Et hanc ipsam infirmitatem tua pietas reliquit in nobis, aduersus insolentiæ periculum, remedium. Quotidie labimur, vt quotidie tuam glorificemus clementiam. Da pater vt possimus ex animo condonare fratribus nostris, vt concordet inter nos te semper habeamus propitium: & si quid offendimus, sicut offendimus frequēter in multis, emēdet nos tua paterna correctio: modò ne abdicet, modò ne exheredes, modò ne conicias in gehennā. Semel in baptismo condonasti peccata omnia, non erat isthuc satis tuæ erga nos pietati, quotidianis etiam filiorum tuorum delictis ostendisti certum ac paratum remedium. Pro quo tuæ benignitati gratias agimus, qui per filium tuum ac Spiritum sanctum, tantis beneficiis nos dignaris, in gloriam

sanctissimi tui nominis perennem. Amē.

Et ne inducas nos in tentationem.

Pater noster cælos inhabitans, quamquam nihil est quod te propitio vehementer extimescimus, & mutua charitas nos filios tuos firmiores reddit aduersus omnem malorum incursum, tamen considerantes humanæ naturæ imbecillitatem, & incerti, quos tua bonitas dignos iudicet, vt ipsos in amore tui confirmet vsque ad huius vitæ finem, in qua quandiu versamur, mille modis sollicitamur ad ruinam, non possumus esse securi. *Tota hæc vita vndiq; diaboli laqueis est plena. Nusquam cessat tentator ille, qui non veritus est & filium tuum Iesum technis suis aggredi. Reputamus quot Satanae machinis impetitus sit seruus tuus Iob. Recordamur Saulem prius electum, post reiectum à conspectu tuo. Meminimus Dauid, qui dictus erat vir secundum cor tuum eò turpitudinis pertractum, vt adulterium homicidio copularet, Videmus Solomonem cui in principio regni dederas sapientiam vltra mortales omneis, eò dementiæ perductum, vt peregrinis simulacris immolaret. Venit in mentem, quid acciderit*

derit Apostolorum tuorum principi, qui
 fortem vsque ad mortis societatem ani-
 mum professus, ter Dominum suum ab-
 iuravit. Hæc atque huiusmodi multa cum
 consyderamus, non possumus non hor-
 rescere tentationis periculum. Atque in
 hoc metu nos tua paterna pietas esse per-
 petuò voluit, ne dormitantes & oscitan-
 tes inciperemus nostris præsiidiis fidere:
 sed iugiter aduersus tentatoris assultus,
 sobrietate, vigilantia, precatatione nos mu-
 niremus, vt nec hostem prouocaremus,
 memores imbecillitatis virium nostra-
 rum, & tamen aduersus ingruentem ten-
 tationis procellam infractis animis con-
 sistamus, tuo freti præsidio, sine quo nihil
 possumus. Pateris tu quidem nonnun-
 quam incidere tentationes, velut explo-
 res, spectatamque reddas tuorum toleran-
 tiam, quemadmodum tentatus est Iob &
 Abraham: vel vt huiusmodi flagellis ca-
 stiges & emendes delicta nostra: sed quo-
 ties id pateris, rogamus, vt idem ten-
 tationis facias felicem exitum, ac vires
 impartias ponderi malorum irruentium
 pares. Ingens periculum est, quoties in-
 tentatur bonorum direptio, exilium,
 probra, carcer, vincula, diri cruciatus
 corpo



corporum, mortes horrēdæ. Sed non minus discriminis est à prosperitate blādiente, quàm ab aduersis terrorem ingerentibus. Cadunt à dextris pariter ac sinistris innumeri. Alij metu pœnarum territi sacrificant dæmoniis: alij fracti malis, blasphemis afficiunt adorandū nomē tuum. Rursus alij venenato poculo felicitatis mundanæ inebriati, spretis tuis dotibus, reuoluuntur in volutationem cœni prioris: velut Euangelicus ille filius, qui prodacta cum scortis omni paterna substantia, eò miserię perductus est, vt porcis etiã suas siliquas inuideret. Scimus aduersariū nihil in nos posse, nisi tu permiseris. Prōinde non recusamus obiici quibuscunque periculis, modò tua clementia, & aduersarij insultum, & nostras vires modereris. Sic enim fiet, vt etiam si quando fuerimus inferiores in congressu, tamen hoc tua sapientia vertat in bonum nostrum. Sic vicit filius tuus semper adorādus Satanā, sic carnē, sic mundū, vt quum maximè videtur oppressus, triūpharet maximè. Ac nobis ille pugnavit, nobis vicit, nobis triumphavit. Vincamus & nos illius exemplo, tuo præsidio per Spiritū sanctū ab vtroq; prodeuntem in omnia secula. Amen.

Sed

Sed libera nos à Malo.

Pater omnipotens, tua gratuita benignitas nos semel à peccatis expiatis, ab impurissimo patre diabolo liberauit. per Iesum Christum filiū tuum, & in honorem nominis ac hereditatis adoptauit: sed ita, vt quandiu versamur in terris, perpetua lucta sit cum hoste nihil non moliente, vt nos quibus inuidet tuum beneficium, in suum ius retrahat. Horrescimus animo, quoties recordamur, quàm fœdū patrem habuerimus, quum essemus mancipia peccati: quàm infelici hereditati fuerimus destinati, quàm immiti seruiemus domino. Nec ignoramus illius obstinatam malitiam, non solum viribus, sed mille etiā artibus ac dolis instructam in nostram perniciem. Nunquam dormit, nunquam cessat, sed semper obambulat, veluti leo fame rugiens, captans, quæritans, ac venans quem deuoret. Nimirum tui Pater est dissimillimus. Tu enim natura bonus ac beneficus ouem erraticam reportas ad ouile, morbidam sanas, extinctam ad vitam reuocas, inimicos etiam tuos blasphemos in sanctum nomen tuū, amore tuo præuenis, & ad salutem æternam

nam

nam inuitas. Ille odio insatiabili erga nos, à quibus nunquam læsus est, nihil aliud molitur, quam vt quam plurimos secum in exitium pertrahat. Inignis cuiusdam malitiæ est, gratis nullóque suo commodo velle perdere, à quo quis non est iniuria laceſſitus. At hic suo etiam malo imminet in malum eorum, quos tu in tutelam tuam ſeuocaſti. Non tu illum talem condideras, ſed eò malitiæ delapſus eſt, poſteaquam ſibi placens, tuæ maiestati ſubiectus eſſe noluit. Pròinde ſtimulatus inuidia, primos noſtri generis parentes, arte circunuētos pellexit in mortem, inuidens illis paradifi voluptates, quum ipſe ſeſe cæli gaudiis ſpoliaſſet. Nunc etiã acrioribus inuidiæ ſtimulis vtitur, quòd paradifo excluſos ſubuehis in cælũ, quòd morti deſtinatos per fiduciam in Ieſum filium tuum ad beatam immortalitatem inuitas: quòd ipſius etiam malitiam vertis in cumulum tuæ gloriæ, noſtræ ſalutis. Pròinde quanquam ille multis meritò formidabilis eſt, tamen conſolatur nos tua bonitas: quæ plus poteſt ad ſalutem, quam vniuerſa illius malitia ad perniciem. Agnoſcimus noſtram imbecillitatem, ſed non expaueſcimus hoſtis incurſum,

sum, siue viuiamus, siue morimur, quandiu
te merebimur habere protectorem. Non
metuimus exitium ab illo Malo, quan-
diu continget adhærere bono. Hæc vota
filiorum tuorum Pater æterne, si pia sunt,
si iuxta formam à filio tuo Iesu præ-
scriptam concepta, certa nos ha-
bet fiducia, tuam boni-
tatem præstaturam
quod peti-
mus.

F I N I S.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



O R A T I O N I S
 D O M I N I C A E B R E -
 uis quædam inter-
 pretatio.



*P*ater noster qui es in celis, re-
 spice misericorditer nos
 miseros tuos hic in ter-
 ra filios, ac nobis gratiã
 tuam dona, vt sanctum
tuum nomen apud nos & in toto orbe,
 per veram & puram diuini verbi præ-
 dicationem *sanctificetur*, & scelerata vi-
 ta, item omnes impiæ doctrinæ ces-
 sent: his enim tuum nomen prophana-
 tur & contumelia afficitur.

Fac, vt *regnum tuum adueniat* & augeatur,
 vt omnes peccatores, omnes qui excæ-
 cati in Satanæ regno viuunt, ad cogni-
 tionem fidei in I E S V M C H R I -
 S T V M, veniant, vt ita subinde nume-
 rosior Ecclesia tua reddatur.

Fac, vt tuus sanctus Spiritus nos confir-
 met, vt possimus *tuæ voluntati* parere,
 & sustinere crucem, tam in vita quàm
 in morte, tam in secundis quàm in ad-
 uersis nostris rebus, vt mortificare no-

fram voluntatem, eamq; offerre Deo, ceu victimam, possimus.

Da nobis *Panem nostrum quotidianum*, Aufer à nobis auaritiam & curam vètris, vt à te omnia bona expectemus & feramus.

Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris, Vt sit nostrum cor securum, neque conscientia nostra peccatorum còspectu terreatur.

Ne inducas nos in tentationem, Sed nos per spiritum tuum adiuues, in mortificanda & domanda nostra carne: vt discamus mundum cum omnibus suis studiis contemnere, & possimus Satanæ dolos eludere & superare.

Postremò, *libera nos*, omnipotens Pater, ab omni malo, tam momentaneo quàm æterno, denique & corporis & animæ.

A M E N.

Prec

227
P R E C A T I O A D

Deum patrem.



Indulgentissime Pater, qui summus in summis habitas, audi famulorum tuorum adhuc in terris exulantiū vota, quos pro tua ineffabili benignitate filiorum nomine dignatus es, datōque tui spiritus pretiosissimo pignore largitus es, ut cum reuerēte fiducia ad te clamare audeant, Abba pater: Oramus ut tuum nomen adorandū sic per vniuersum orbem inclarescat, ut quemadmodū in cælesti ciuitate tu vnus es omnium gloria, ita in terris nullus de se gloriatur, sed suam agnoscentes indignitatem, tuāque munificentiam, in te gloriantur omnes, quæ sola est vera gloria. Et quoniam nobis varia difficilisque lucta est cum mundo, cum Satana & huius ministris, cūque carne quam circumferimus, suspirantes rogamus, ut adueniat regnum tuum, ut quemadmodum in cælis omnia cum tremore sese submitunt tuæ maiestati, ita tuus spiritus regnet in animis nostris, agnoscentibus te regem.

esse regum omnium, quo nihil esse potest neque maius, neque melius. Et quemadmodū in tuo sancto palatio nulla est rebellio, ita cuncti mortales abdicatis omnibus humanis cupiditatibus toto pectore, tum in prosperis, tum in aduersis, tum in vita, tum in morte, pareant iussis tuis regalibus, nimirum intelligentes, te solū nihil posse velle, nisi quod est optimum, & hoc ipso optimum esse, quia tibi placitum. Voluntatem autem tuam optime Pater, nobis in diuinis libris notam & expressam esse voluisti. At nullus hominum potest tuis imperatis facere satis, nisi tu dederis, ac pro tua ineffabili misericordia nostram imbecillitatem boni consuleris. Et quoniam iuxta filij tui doctrinam nequaquam de futuro solliciti, toti de largissimi patris prouidentia pendemus, tuo arbitrato da nobis quotidie, quod huius vitæ postulat necessitas. Sed ante omnia, quoniam iuxta tibi charissimum Paulum, præcipuè spirituum pater es, pasce animos nostros alimonia spiritali, siue lacte opus est infirmis, siue solido cibo adultioribus. Cibus verè vitam largiēs, est tui per sacras scripturas cognitio, tuique spiritus gratia, per quam quotidianis

tidianis virtutum accessibus, iuxta internum hominē grandescimus in te, donec adolescamus in virū, & in mensurā plenitudinis vnigeniti tui IESV Christi. Per verbum tuum nos genuisti quū nihil essemus, per idē ex Adam infeliciter natos denuò genuisti, eodē alis ac vegetas quos genuisti. Hic enim est panis ille cælestis, hoc est vinū nouum, quo iugiter ac feliciter saturātur omnes beati spiritus, qui in tua domo habitantes, in secula seculorum laudant te. Cuius portionem si quotidie dignaberis impartirē filiis tuis, in dies decrefcent in nobis fames ac sitis rerum mundanarum. Quanquam autem semel in sacro lauacro per fidem condonasti nobis omnia delicta, attamen quoniam donec hanc carnē mortalem circunferimus, & gratiæ tuæ thesaurum portamus in vas fictilibus, quotidie per infirmitatem humanam peccantes, quotidie egemus tua misericordia, quæ nobis ignoscat lapsus nostros, ne excidamus à charitate tua, sed perseueremus in ea pace, qua tibi per vnigeniti tui sanguinem reconciliati sumus: ac pariter dones, vt quemadmodum tu misericorditer condonasti nobis omnia delicta nostra, ita nobis inuicē cō-



donantes quotidianas offensiunculas, mu-
 tuam inter nos pacem, concordia, & cha-
 ritatem alamus. Neque enim te Deum pa-
 cis propitium habere potest, qui proximo
 suo infensus est. Sed quoniam dum inte-
 rim militamus in his tabernaculis, mali-
 tiosus ille tentator, à cuius tyrannide nos
 in libertatem asseruisti per filium tuum
 I E S V M, non desinit omnes admouere
 machinas, quò nos in seruitutem retra-
 hat: oramus ne nos tuo præsidio destitu-
 tos tradas in manus illius, qui fitit exitiũ
 animarum nostrarum, sed per fidem &
 charitatem perseuerantes, in consortio be-
 nignissimi Filii tui perueniamus ad eam
 vitam, vbi nullæ sunt offensiones, nec vl-
 lum à satana periculum. A M E N.

FINIS.

Præc

P R A E C E P T A

*Dei per Moysen da-
ta, & à Chri-
sto interpre-
tata.*

Prima Tabula.

Ego sum Dominus Deus tuus,
qui eduxi te de terra Aegypti, de
domo seruitutis. Nō habebis deos
alienos coram me. Non facies tibi
sculptile, neque omnem similitudi-
nē, quæ est in cælo deſuper, & quæ
in terra deorſum, nec eorum quæ
sunt in aquis ſub terra. Non adora-
bis ea, neque coles. Ego enim ſum
Dominus Deus tuus fortis, zelo-
tes, viſitans iniquitatem patrum
in filios, in tertiam & quartam ge-
nerationem eorum qui oderūt me:

232 DECEM PRAECEPTA

& faciens misericordiam in millia
his qui diligunt me, & custodiunt
præcepta mea.

CHRISTVS, Audi Israél, Dominus
Deus tuus, Deus vnus est. Et: Diliges Do-
minum Deum tuum ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & ex tota mente tua, &
ex tota virtute tua. Dominum Deum tuū
adorabis: & vni soli seruiēs.

Non assumes nomē domini Dei
tui in vanum. Nec enim habebit
in fontem Dominus eum, qui as-
sumpserit nomen Domini Dei sui
frustra.

CHRISTVS, Audistis quia dictum
est antiquis, Non peierabis. Ego autem
dico vobis non iurare omnino. Neq; per
cælum: quia thronus Dei est. Neque per
terram: quia scabellum est pedum eius.
Neque per Ierosolymam: quia ciuitas est
magni regis. Neq; per caput tuum iura-
ueris: quia non potes tuum capillum al-
bum

bum facere aut nigrum. Sit autem sermo
vester, est est, non non : quod autem his a-
bundantius est, à Malo est.

Memento vt diem sabbati san-
ctifices. Sex dies operaberis, & fa-
cies omnia opera tua : septimo au-
tem die sabbatum domini Dei tui
est. Non facies omne opus in eo
tu, & filius tuus, & filia tua, seruus
tuus, & ancilla tua, iumentū tuū, &
aduena, qui est intra portas tuas,
Sex enim diebus fecit Dominus
cælum & terram & mare, & omnia
quæ in eis sunt: & requieuit die se-
ptimo. Idcirco benedixit Domi-
nus diei sabbati, & sanctificauit
eum.

CHRISTVS, Sabbatis benedicite, &
nolite malefacere. Dominus est enim fi-
lius hominis, etiam sabbati.

34 DECEM PRAECEPTA

DOMINVS per Ifaiam interpretatur
sabbatum suum sanctificari, & obseruari,
cùm quiescimus, cessamusve facere volun-
tatem & vias nostras, & loqui sermones
nostros. Cùm verbo, cogitatione, & ope-
re voluntatem ipsius facimus, non no-
stram: cùm illum finimus operari opera
sua in nobis, vnde tandem peruenturi si-
mus ab sabbatum illud & veram re-
quiem, vitam aeternam, quam
suo sanguine acquisiuit no-
bis solus CHRISTVS
Dominus sab-
bati.

Sec

Secunda Tabula.

Honora patrem tuū, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

CHRISTVS, Honora patrem tuum & matrem tuam.

PAVLVS, Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram.

Hoc præcepto docemur à CHRISTO non solum patrem & matrem reuereri, & illis subdi, quemadmodum & ipse virgini matri MARIÆ subditus fuit: sed etiã eorum necessitati subuenire. Matth. x v. Marc. vii.

Non occides.

CHRISTVS, Dictum est antiquis, Nō occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, Racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit, Fatue: reus erit gehennæ ignis.

Item: Audistis quia dictum est: Diliges
 pro

proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros: benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in caelis est, qui solē suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

Non mœchaberis.

CHRISTVS, Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autē dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscēdum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.

Non furtum facies.

CHRISTVS, Ne fureris. Ne fraudem feceris. Sed ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium. Et quicumque perit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris.

PAVLVS, Iam quidem omnino delictū est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare nō magis fraudem patimini? sed vos iniuriā facitis & fraudatis, & hoc fratribus? Qui furabatur, iam non furetur,

tur, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

CHRISTVS, Ne falsum testimonium dixeris. Dico vobis, quonia omne verbum otiosum quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.

PAVLVS, Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis sicut decet sanctos: aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas: quae ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio.

Non concupisces domum proximi tui. Nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quae illius sunt.

CHRISTVS, Non concupisces quia sollicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum & circa reliqua concupiscentiae introcuntes, suffocant verbum.

Pau

PAVLVS, Magnus quæstus est, pietas cum sufficiëntia. Nihil enim intulimus in hūc mundū: haud dubiū quia nec auferre quid possumus. Habētes autem alimēta & quibus tegamur, his cōtenti simus. Nā qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationē & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergūt homines in interitum & perditionē. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerūt à fide & inseruerunt se doloribus multis.


Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua: & ambulans in itinere, dormiens atq; surgens, Et ligabis ea quasi signum in manu tua, erūntq; & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostiis domus tuæ.

DECEM PRAECEPTORVM

DEI, FINIS.

as
in
re
ta
lã
ta
ia
no
ix
s,
i-
v
e-
&
e-
i-
n
m
i-
e
.
il
a
a





241
A Q V I B V S

PECCETVR IN
decalogum.

Contra primum præceptum peccant.



VI in aduersa sua fortuna
magicis artibus, aut illorū
hominū, qui eas impias ar-
tes exercent, opera vtitur.
Qui literulis, notis, herbis,
verbis, aut incātationibus, ac similibus
aliis vtitur.

Qui virgulis diuinis, thesauris effodien-
dis, item crystallinis speculis, dant ope-
ram. Sagæ quoque, quæ palliis infiden-
tes, per aërem vehuntur, quæque pecus
fascinant, aut segetes pelliciunt.

Qui opus aut vitam suam instituit, aut ad
certos dies, aut ad signa cęlestia, & omi-
na, aut ad vatum prædictiones.

Qui certis precib⁹, ac incātationibus vel
se, vel res suas aduersus lupos, gladios,
ignē, aquam, aliásve iniurias muniunt.

s

Qui aduersæ suæ fortunæ, aut diabolum, aut improbos homines, authores esse sentiunt, neque cum gratiarum actione tam bona quàm mala à Deo suscipiūt, illiq; accepta referat, parato in quamcunque fortunam animo.

Qui Deum tentant, & vel corpus, vel animam temerè periculis obiciunt.

Qui vel iustitia sua, vel prudentia, aliisve Sancti spiritus donis, superbiunt.

Qui Deum colūt, spe tantùm corporaliū bonorum, neglecta animæ salute.

Qui non fident Deo vbique, neq; in omnibus suis factis in illius misericordiam sperat.

Qui vel de fide, vel de misericordia Dei dubitat.

Qui cùm videant diffidentiam, aut incredulitatem aliorū, eos non confirmant, vt & ipsi credant ac sperent in misericordiam Dei. Pertinent autem huc omnia diffidentia genera, desperatio, incredulitas, &c.

Contra secundum.

Qui temerè, aut malæ consuetudinis vitio iurant.

Qui

Qui peierant, aut pia ac bona vota non præstant.

Qui vel voto, vel iuramento, se ad maleficium quoddam obligant.

Qui nomine Dei ad iuramentum abutuntur.

Qui nugas de Deo narrant, aut sacrarum literarum verba ad lusus iocósque inuertunt.

Qui nomen Dei non inuocant, tunc cum aduersa fortuna iactantur: & qui tam in secunda, quam in aduersa sua fortuna, Deum non laudant, eiq; non agunt gratias.

Qui suam iustitiam & sapientiam laudi ac gloriæ sibi esse volunt.

Qui non verè nomen Dei inuocant, aut pernitiósa spargunt dogmata.

Qui non in omnibus quæcunq; incidunt, nomen Dei laudant.

Qui, cum videant alios nomen Dei dehonestare, eoque abuti ad maleficia, eos non reuocant, seq; quò minus illa fiant, opponunt.

Atque huc pertinet vanæ gloriæ studium, iactantia, item superbia in propria iustitia, sapientia, &c.

Contra tertium.

Qui verbum Dei audire, aut discere nuntunt.

Qui non orant, & Deum in spiritu & veritate non adorant.

Qui non omnia sua opera sentiunt à Deo authore profecta, quique aliquid suis tribuunt viribus.

Qui non patienter aduersam fortunam tolerant, aut suam voluntatem non cohibent ac mortificant.

Qui nō in omnibus suis factis, tam prosperis quàm aduersis, animum in omnem fortunam pacatum Deo offerunt, vt is omnia pro suo arbitrio in nobis operetur.

Qui alios ad hæc facienda, non adiuuāt, neque instituunt, aut diuersum facientibus sese non opponunt.

Huc pertinet, si qui pertinaces sunt ac duræ cervicis, sicut Moyses vocat, vel vt Paulus, qui ἀνίστασθαι sunt.

Contra quartum.

Quos parentū suorū, quòd illi aut pauperiores, aut alioqui calamitosiores, aut contemptiores sint, pudet.

Qui

Qui necessaria, ad sustentandam vitam illis negant, victum scilicet & amictū.

Multo autem grauius ij in hoc præceptū peccant, qui iis mala precantur, qui manus violenter eis afferunt, obtrectant, oderunt minúsque sunt obsequentes.

Qui non ob præceptum Dei magnificè de illis sentiunt.

Qui parentes non colunt, etiamsi iniuria ab ipsis sint adfecti.

Qui dominos ac magistratus suos honore non afficiunt, qui non fideliter illorum exequentur iussa, iis non parent, siue boni, siue mali sint.

Qui non quantum possunt, adnituntur, vt hæc omnia fiant, aut diuersum facientibus se non opponunt.

Atque huc pertinet omnia genera superbiæ & seditionum, & si qui in obeundis negotiis infidelius ac negligētius agūt, aut parère magistratui nolunt.

Contra quintum.

Qui similtates exercent cum proximo.

Qui proximo dicit, Racha. Sunt autem ea voce omnia iræ ac odij signa significata.

246 A QVIBVS PECCETVR

Qui proximo dicit, Fatue: quo nomine
omnis generis conuitia, malæ impreca-
tiones, contumeliæ, obrectationes, no-
stra de aliis iudicia, scommata item,
contenta sunt.

Qui proximi sui vitia aut errata non te-
git & excusat, itē qui ea latius spargit.

Qui non ignoscit inimicis suis, pro iis
non orat, eos nō amat, aut officiis pro-
sequitur.

Porro sub hoc membro cōtinentur om-
nia peccata, quæ vel ex ira, vel ex odio
oriuntur: Cuiusmodi sunt, cædes, bel-
la, latrocinia, incendia, iurgia, lites,
mæror in alterius rebus secundis, gau-
dium in aduersis.

Qui officia charitatis, etiam in inimicos
non conferunt.

Qui discordias ferunt, aut alunt.

Qui excitant rixas.

Qui, cū possint, pacem inter discordes
non reconciliant.

Qui, cū possint, discordiarum causas
non tollunt.

Contr

Contra sextum.

Qui vitiant virgines, adulterium, incestū
committunt, aut aliud quippiam hu-
iusmodi libidinis exercent.

Qui alio modo, aut personis aliis ad Ve-
nerem exercendam, quam diuina crea-
tione institutum est, vtuntur. Et hoc est
peccatum, quod mutum vocant.

Qui vel obsceno sermone, vel cantioni-
bus, vel historiis, vel etiam imaginibus
libidinem irritant.

Qui visu, tactu, aut cogitationibus irri-
tant, & contaminant carnem.

Qui occasiones libidinis non vitant, cra-
pulam, ebrietatem, otium, desidiā, som-
num nimium, item virorum, vel mu-
liercularum consuetudinem.

Qui vel immodico luxu in vestitu, vel mo-
rum lasciuia, alios ad libidinem exti-
mulant.

Qui vel loco, vt tempore, vel alia qua-
dam commoditate, hoc peccatum pro-
mouent.

Qui aliorum pudorem ac castitatem, si
possint, consilio aut auxilio suo non
conseruant.

Contra septimum.

Qui furantur, prædantur, aut fœnus exercent.

Qui alio pondere aut mensura, quàm publicis legibus constitutum est, homines fallunt, qui item corruptas merces vendunt.

Qui per fraudem in aliorum hereditates inuolant, aut aliorum intercipiunt redditus.

Qui iustam mercedem mercenariis non pendunt, aut negant debitum.

Qui indigenti ita dant mutuum, vt præter fortem, non nihil lucri ad se inde redeat.

Omnes auari, quique festinant magnas parare opes.

Huc variæ artes pertinent, quibus aliorum fortunis insidiantur homines.

Qui, cum possit, non cauet, ne in calamitatem aliquam suarum rerum incidat proximus.

Qui cum videant impendere calamitatē aliis, eos non præmonent.

Qui occasionem rei bene gerendæ aliis præripiunt.

Qui inuident aliis secundam fortunam.

Cont

Contra octauum.

Qui in iudiciis veritatē aut dissimulat,
aut fraude opprimit.

Qui fraude aut mendaciis, in calamitates
alios coniicit.

Omnes assentatores, delatores & bilin-
gues.

Qui proximi vitā, dicta aut facta calum-
niatur, aut conuitiis aspergit.

Qui calumniatoribus præbet aures, eos
fouet, seque illis non opponit.

Qui non defendit proximi famam.

Qui obtrectatores non reprehendit.

Qui non candidè omnia interpretatur,
ac aliorum errata non tegit.

Qui veritatem dissimulat, eamque non
defendit, sicubi periclitetur.

Contra duo postrema.

Qui quoquo modo alterius fortunis infi-
diantur.

Qui alterius seruos aut seruas ad se pelli-
ciunt, cōtra dominorum voluntatem.

Qui mutuum aliis dant, ea spe, vt como-
dè in ipsorum bona inuolare possint.

In summa: hīc sunt prohibitæ omnes ra-
tiones, quibus proximo dānum datur,

quamuis eas iura & leges neq; puniāt,
neque damnent. Proprie contra inui-
diam & auaritiam postremum hoc pre-
ceptum attinet.

Quod autem ad alteram partem de vxoribus attinet, id, magis ad Iudæos est referendum. Neque enim eiusmodi occasiones nobis sunt, quæ fuerunt apud Iudæos.

SOLI DEO GLORIA.

Quib

QVIBVS DECA- LOGO SATIS-

fiat, ac principio de
primo Præ-
cepto.



P R I M O Præcepto sic satisfacere, si Deū ames, eūq; metuas, neque diffidas ei: Sed semper in omnibus tuis factis in eum cōfidas, neque vlla in re, vel opere, siue bono, siue malo, hareas. Atque huc pertinet omnia, quæ sunt in sacris literis, de fide, spe, ac charitate prodita, quorum omnium, cetera summa hoc præceptum est.

Secundo.

Sic satisfacere, si nomē Dei laudes, ornes, inuoces, eiq; bene preceris: tuum autē nomen ac gloriam negligas & cōtemnas, ita vt omnis gloria, & honor soli Deo, qui omnia in omnibus operatur cedat.
Atque

Atque huc pertinent, quæ de Dei laude, gloria, nomine ac verbo, item de agenda illi gratia, in sacris literis sunt prodita.

Tertio.

Si ita totum te voluntati diuinæ dedas, ut omnia per te, ceu per instrumentum, operetur ac faciat. Hoc enim præceptum pauperem spiritum requirit, ut verè sentias quàm nihil sis, ac deiectum ita animum offeras Deo, ut is tibi hoc, quod dicitur, esse velit: nempe Deus, qui velit adesse ac gubernare te, item suum opus ac nominis sui gloriam in te promouere, id quod priora duo præcepta à nobis exigunt. Atque huc pertinent omnia, quæ in sacris literis de cultu Dei, de verbo Dei audiendo, de operibus charitatis, de corpore subigendo spiritui, sunt præcepta, quæ omnia non nostra, sed Dei sunt opera.

Quarto.

Si propter mandatum Dei pareas, obsequaris, ac cedas magistratui, neque illi te opponas, nec de eo queraris, aut contra eum murmures.

Atque

Atque huc reuocanda sunt omnia quibus monemur, vt pareamus, obtemperemus, habeamus honorem illis quibus debetur honos, item ne fimus elati.

Quinto.

Si sis patiens, mitis, mansuetus, humanus, misericors, neque alas animo odium, iram aut similitates, ne aduersus inimicos quidem. Atque huc sunt referenda omnia quæ adhortantur ad patientiam, mansuetudinem, pacem, concordiam, & familia.

Sexto.

Si sis castus, modestus, pudicus in dictis, factis, moribus, ac etiam cogitationibus. Item, si serues temperantiam in edendo, bibendo, dormiendo, ac abstineas ab omnibus aliis quæ ad libidinem nos incitant. Atque huc referes omnia quæ in sacris literis ad castitatem, ieiunia, sobrietatem, temperantiam, orationem, virgalias, labores & alia, quæ castitatis ceu comites & fulcra sunt, nos adhortantur.

Septimo.

Si sentias quantum tibi, ad rectè viuendum, desit.

Si sis

Si sis liberalis, si inopibus dones, des mutuum sine vlla spe commodi. Atque huc omnia sacrae scripturae praecepta pertinent quibus prohibetur auaritia, male parta bona, vsura, dolus, fraus, iniuria, technae, quibus alterius remoraris commoda.

Octauo.

Si lingua, non ad excitandas rixas, aut mouenda aliis incommoda, sed ad iuuan- dos homines, vtaris. Si pacem inter discor- des concilies. Si proscissos conuiciis excu- ses ac defendas. In summa, vt sermo tuus sit simplex, & verus. Atque huc pertinent omnia quae in sacris literis sunt, de his vel tacendis vel indicandis, quae ad proximi famam, ius, negotia, aut salutem faciunt.

Duobus postremis sic sa- tisfeceris.

Si proximi commodum vbiq; promo- neris, neque vnquam commodi tui causa ei iniuriam feceris, aut incommodaueris.

Vides igitur in omnibus his operibus, nihil aliud quam amorem erga Deum, & charitatem erga proximū, quae non quod
suum

suum est, quærit, sed quæ Dei ac proximi
sunt: seque totum sua sponte voluntati
aliorum ac officiis in alios conferendis,
mancipat. Omnia igitur non tam breui-
ter, quam etiam rectissimo ordine, in
Decalogo præscripta sunt, quæ ad
hanc vitam rectè ac piè
agendam sunt ne-
cessaria.

FINIS.

INDEX CON-
TENTORVM IN
precaationibus pu-
blicis.

*Orationes pro pecca-
tis populi.*

CANTICVM MOYSI.	3
Oratio Moyfi ad Dominum pro pec- catis populi.	8
Alia eiusdem ad idem.	eodem
Pro peccato populi murmurantis, oratio Moyfi.	9
Alia oratio Aaron & Moyfi pro plebe.	9
Oratio pastoris pro duritia populi, exem- plo Moyfi orantis ad Deum.	9
Oratio Salomonis in dedicatione templi. eodem	
Oratio Esdrae pro peccatis populi.	11
Oratio Neemiae pro peccatis populi.	13
Confessio & oratio solennis Leuitarum & Ecclesiae pro peccatis.	14
Oratio alia Ecclesiae pro peccatis.	19

I N D E X.

Alia pro peccatis.	eodem
Luctus Hieremiæ pro peccatis populi.	20
Oratio Baruch, quam præscripsit captiuis in Babylone pro delictis eorum.	21
Oratio Danielis, pro peccatis, & tota gen- te.	25

Orationes in tempore affli- ctionis, & pro pecca- tis propriis.

Oratio Iacob, vt eruatur à fratre suo Esau.	28
Oratio Iosue, dum fugeret populus in bel- lo.	29
Confessio & oratio publica populi, vt libe- retur ab hoste.	eodem
Oratio Sanson, pro vindicta inimicorum.	eodem
In bello contra Turcam, & patriæ impu- gnatores, oratio regis Asa.	30
Alia regis Iosaphat.	eodem
Oratio Neemiæ contra gentes exprobran- tes.	31
Cùm affligimur à Deo, vel propter pec- cata, vel vt ab eo probemur, oratio To- bia.	eodem
	Oratio

I N D E X.

- Oratio Manassæ regis Iuda in vinculis detenti pro peccatorum remissione, gratia & liberatione eius. 32
- Pro patriæ liberatione à tyranno, oratio Iudith. 34
- Alia eiusdem, dum trucidaret inimicum. 36
- Oratio Mardochei in persecutione Aman pro tota gente sua. eodem
- In eadem angustia oratio Esther reginæ, pro se, & pro gente sua. 37
- Oratio & benedictio Iob in maxima sua tribulatione, & bonorum suorum ereptione. 39
- Et eruamur ab aduersariis, oratio Esaia. 40
- Oratio Esaia in afflictione populi. eodem
- Alia Hieremiæ orationes duæ. 42
- Tempore tribulationis oratio Hieremiæ in persona CHRISTI. 43
- Oratio Hieremiæ in die afflictionis & excidio Hierusalem. 44
- Oratio Susannæ, quando à senibus pudicitia eius tentabatur. 45
- Alia, cum ad supplicium duceretur. 46
- Oratio Ionæ de ventre piscis. eodem
- Oratio Iudæ Machabæi, cum iam illi esset cum hostibus concertandum. 47



I N D E X.

Oratio sacerdotum contra Tyrannum, ne
prosperetur in prælio contra sanctos do-
mini. 48

Oratio Neemiae & sacerdotum pro plebe
sua à Gentibus oppressa. eodem

Oratio Eleazari ad suppliciũ ducti, & iam
iam morituri. 49

Gratiarum actiones & be-
nedictiones Patrum
ad Deum.

Canticum Moyfi & filiorum Israël, pro li-
beratione à Pharaone. 50

Typus benedictionis filiorum Israël. 52

Anna, vt Domino grata esset pro benefi-
ciis, canrico laudat illum solenni. 53

Pro beneficiis acceptis oratio David. 54

Canticum quod cecinit David Domino, in
die qua liberauit eum Dominus de ma-
nu inimicorum. 56

Benedictio Tobiaë senioris, qua benedixit
Dominum in fine vitæ suæ. 60

Gratiarum actio, & Canticum Iudith, pro
victoria & patriæ liberatione ab hosti-
bus. 61

Benedictio Seraphin. 63

Gratiarum actio Esaiaë. eodem
Alia

I N D E X.

- Alia eiusdem. eodem
- Benedictio, simul atque admiratio mirabilium consiliorum Dei. 64
- Canticum & gratiarum actio Mariæ virginis. 65
- Prophetia & gratiarum actio Zacharię. 66
- Laudes Angelorum Christo nato. 67
- Gratiarum actio, & Prophetia Simeonis. eodem
- Gratiarum actio Pauli pro conuersione sua ad Christum. 68
- Canticum vigintiquatuor Seniorum. 68
- Aliud quatuor Animalium, & Angelorum. eodem
- Aliud vigintiquatuor Seniorum. 69
- Canticum victorum Bestiæ. eodem
- Benedictio populi per regem Salomonem. 70
- Benedictiones & laudes sanctorum Ambrosij & Augustini. eodem
- Orationes pro subsidiis vitæ,
sapientia, humilitate, ac
cæteris donis naturalibus.**
- Votum Iacob pro subsidiis vitæ. 73
- Oratio Annæ, pro habenda prole. eodem



I N D E X.

- Oratio Salomonis pro sapientia ad popu-
lum rectè gubernandum. 74
Pro vitæ competentia, oratio Salomonis.
75
Oratio pro impetranda sapienria. eodem
Oratio pro humilitate, & impetranda ca-
stimoniam. 76
Oratio Iesu filij Sirach in necessitate, & pro
sapientia. eodem
Oratio Abacuc prophetæ pro ignorantibus.
79
Oratio Domini I E S U, quam docuit disci-
pulos suos. 80
Oratio Ecclesiæ fidelium, ad verbum Dei
cum fiducia loquendum. eodem
Oratio Christi ad Patrem pro suis, qui illi
fidunt & credunt. 81

Psalmi aliquot selectiores, orationi quotidia- næ idonei.

Psalm.
5.

Vt eruamur ab impiis, ne pereamus cum
eis, qui nituntur omnibus modis à via
veritatis pios abducere, & vt boni quiq;
æterna protectione circudentur, oratio
Dauid. 84

Dep

I N D E X.

Ysalm.

Deprecatio furoris Domini, & misericordiae eius impetratio.	85	5.
Pro falsa intentata calumnia ab inimico & ultore, exercitatio.	87	7.
Sanctificatio pro misericordia Dei in tentatione & aduersitatibus.	88	9.
Susprium ad Deum dum saeuit Antichristus in Sanctos, & Euangelium.	90	10.
Ne inuoluamur caecitati impiorum & in aeternum pereamus.	92	13.
Ne succumbamus sub atroci persecutione tyrannorum.	93	17.
Fiducialis oratio pro peccatis, & largitione Spiritus sancti.	95	25.
In afflictione & lucta carnis & spiritus.	97	31.
Sanctificatio Dei, quod misericordia eius plena est terra, & quod verbo suo potentissimo omnia operatus est.	100	
Obfirmatio animi, ne calumniantibus nos vicissim exprobremus.	101	33.
Pro remissione peccatorum, & malarum concupiscentiarum in nobis.	103	39.
Pia inuocatio contra alienos.	105	51.
Vt gratia Dei illuminati, cognoscamus viam Domini, & CHRISTVM salutem eius.	106	53.
Contra Antichristum, sanctos Dei persequentem, & mysteria Domini propheta.		67.

Pal.

I N D E X.

79. Oratio & gratiarum actio, quòd per Christum redempti sumus ab æterna morte. 107
86. Nulla prorsus relicta consolatione, oratio prophetæ in persona Christi. 108
88. Deploratio corruptæ naturæ nostræ, & miseriæ huius vitæ ob peccatum. 110
90. Sanctificatio nominis Dominici, quia omnia fecit, & in manu eius omnia sunt. 112
95. Dum in media tribulatione, & ab hominibus, & à Deo derelicti nobis videmur. 113
102. Leta gratiarum actio de omnibus beneficiis nobis à Deo per Christum collatis. 115
103. Alia laus & gratiarum actio. 117
104. Sanctificatio Dei, quòd suos tam mirabiliter exaltat, & in cælo & in terra. 119
113. Pro misericordia Dei laus, quod nos Gentes ad fidem suam dignatus est adsciscere. 122
117. Ut Deus nos ducat, regat, doceat, dirigat, & custodiat in via sua sola, & præseruet à traditionibus hominum falsis. eodem 123
119. Dum contrito & humiliato corde sumus, & contrà mundus exultat & lætatur. 128
130. Ut eripiamur à viris sanguinum, qui nituntur 138

I N D E X.

Ysaia

- tur abducere nos à via Dei, & vi & insidiis, qui verbum Dei extinguere conantur. eodem
- Vt Deus nos seruet, ne lingua nostra peccemus, neque excusemus delicta nostra. 140.
- Vt educamur ex carcere angustiae peccatorum & mortis, in laudem & gloriam Dei ne amplius premamur super terram. 141.
- Dum nulla in nobis merita, aut iustitiam comperimus, sed omnia desperata: recordamur verò, quod ab exordio mundi Deus mirabilia in sanctis suis operatus est, & nunquam deseruit inuocantes se. 142.
- Gratiarum actio, quòd licet ex nobis ipsis viles simus, virtute tamen Dei fortes sumus contra alienos. 143.
- Laus Dei super mirabilibus eius, misericordia, & regno clementiae eius aeterno. 144.
- Eiusdem laus, vt regis aeterni, in quo solo, non in aliquo alio principe, sapientia, aut iustitia huius mundi, sperandum. 145.
- Psallere, & sanctificare nomen Domini salutare, qui suos nouit, & fouet. 146.
- Laus Dei ab omnibus creaturis, caelestibus & terrenis. 147.
- Laus Dei in seipso solo sancto, forti & ma- 148.



I N D E X.

150. gno, in quo fideles omnia habent. 152
 35. Contra veritatis aduersarios precatio. 153
 Consolatorius Psalmus in tribulatione, &
 impiorum superbia. 156

Orationes aliquot bre-
 ues & va-
 ria.

- Ad motionem castrorum oratio Moyfi. 160
 Eiusdem & Aaron oratio pro sorore lepra
 percussa à Domino. eodem
 Oratio Moyfi ad Dominum, vt transfret in
 terram promissionis. 161
 Confessio Acham furti sui. eodem
 Confessio David peccati sui. eodem
 Oratio Ezechiaë regis Iuda in lecto ægritu-
 dinis. eodem
 Oratio leprosi. 162
 Oratio Centurionis. eodem
 Discipulorum in periculo maris. eodem
 Oratio Cæcorum in via sedentium. eodem
 Contra aduersarios Euāgelii oratio CHRI-
 STI. eodem
 Petri oratio in mari periclitantis. 163
 Oratio Chananæ. eodem
 Oratio CHRISTI in monte. eodem
 Oratio Publicani. eodem

Lats



I N D E X.

Latronis in cruce.	eodem
Oratio CHRISTI in cruce pro crucifigen- tibus se.	164
Ad idem, Stephani oratio.	eodem
Oratio Samaritana.	eodem
CHRISTI oratio in suscitatione La- zari.	eodem
Apostolorum oratio in electione Ma- thiæ.	eodem
Oratio Pauli prostrati.	eodem
Aliquot preces Esaiæ.	165.166
Hieremiæ.	167
Ezechielis.	168
Michææ.	eodem
Ecclesiastæ.	168.169.170
CHRISTI decreta.	170
Vt omnes qui excæcati in satanæ re- gno viuunt ad cognitionem fidei in I E- SVM Christum veniant, Psalmus oran- dus.	173
Pro Magistratu & pace publica.	173
Contra hostes populi Dei, tyrannos, hæreti- cos, & phanaucos spiritus.	174
Symboli Apostolorum explicatio.	176
Preces Dominicæ explicatio, per Eras- mum Roterodamum.	188
Breuis quædam interpretatio orationis Do- minicæ.	227
	Preca


I N D E X.

Precatio ad Deum patrem. 229
Præcepta Dei per Moysen data: & à CHRIS-
T O interpretata. 233
A quibus peccetur in Decalogum. 241
Quibus Decalogo satisfiat. 251

F I N I S.


Apostolorum tractus in electione Ma-
chic.
Oratio Pauli pro gentibus.
Allegorice præsentatio Ethic.
Hieronymus.
Ezechiel.
Michiel.
Ezechiel.
CHRISTUS.
Vt omnes qui exierunt in hunc se-
culum teneant ad cognitionem filii &
sui Christum venientem, & hunc om-
nem
Pro magister & pater publicus.
Contra hereticos & schismaticos.
Eos & phariseos & scribas.
Symbolus Apostolorum explicatio.
Præsentatio Dominice ecclesie per hunc
titulum Rotodamum.
Brevis quedam inspectio orationis Do-
minice.
Pater





10
S
10
A
Q
FINIS






ua
fi-
oo
o-
id
e-
r-
a-
&
l.
n
li
it
e
ā
t
-
a
f
o
-
n
s
-
a
3
a
:

6.






67 ¹³
9 17
01

67 ¹³
9 17

(x 2010277)

226





SARAV
PR
BI
ST

12

67



Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.



RECATIO-
ES BIBLIAE SAN-
rum Patrum, Patriarcharum,
phetarum, iudicum, Regum,
orum, & Mulierum illustrium
eris noui testamenti.

QVAE his accedere, sequens
Pagina commo-
strabit.

fides securis anchora feruens
et erit mea sancta FIDES
o Christe Jesu
God me saluatum morte
tra pte scio.
Vivo tibi, mortu tibi: morte
tuis gaudium
quo: coelesti, dic mihi, serua
TIGVRI, ca. 1600.

